126 p.

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III

XXIV
C
57

NAPOLI

Ex Bibliotheca
March. Francisci Tacc
Pub. Util. Add. An. 18

Digitized by Google

Digitized by Google

[illegible] Google

Digitized by Google

Ex Bibliotheca
W. Klerk

XXIV.
C. 7

Digitized by Google

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
ΑΦΡΟΔΙΣΙΕΩΣ
Πρὸς τοὺς Ἀὐτοκράτορας
Περὶ ΕΙΜΑΡΜΕΝΗΣ
ΚΑΙ
Τοῦ ἘΦ' ΗΜΙΝ.

ALEXANDRI
APHRODISIENSIS
Ad Imperatores
De FATO & de eo quod noſtræ poteſtatis eſt.

Cui acceſſit,

ΑΜΜΩΝΙΟΥ τῶ ΕΡΜΕΙΟΥ ΕΙΣ ΤΟ τῶ Ἀριστοτέλους περὶ Ἑρμηνείας τμῆμα δεύτερον Ὑπόμνημα

Ammonii Hermiæ in libri Ariſtotelis de Interpretatione Sectionem ſecundam Commentarius.

Cum Latina utriuſque Verſione.

LONDINI,
Typis *Thomæ Roycroft*, Impenſis *Jo. Martin*, *Jacobi Alleſtrye*, & *Tho. Dicas*, ad inſigne *Campanæ in Cœmiterio* D. Pauli, 1658.

Digitized by Google

Lectori.

EN tibi bone Lector, qui Græcas Literas & antiquos mores colis, eruditam de Fato & Arbitrij humani poteſtate diſſertatiunculam, quam Peripateticæ Scholæ columen Alexander Aphrodiſienſis, ad publica commoda elucubratam, duobus magnis nominibus, Severo & Antonino Imperatoribus (tibique, ſi ea uti velis) nuncupavit. Quæ in Aldinis exemplaribus Græcis truncata ſunt, aut quoviſmodo mutilata, partim ex Euſebio Ευαγγελ Προπαρασκ : Βιβ. ϛ *partim ex conjectura non vana reſtituimus; & verſionem perſpicuam magis quam concinnam adjecimus.* Nec *quicquam jam obſtat aut deeſt, quo minus hoc uno fretus doctore omnes Cleanthis argutias, & nexus (non ita Fatales & inextricabiles) explices, adeoque ferali dogmati, e Zenonis porticu in Mahumedis gynæceum jamdudum demigranti, & Chriſtianorum animos non*

 ſemel

ſemel aut fruſtra pulſanti, ſtatimque, ſi admittatur, omnem bonæ mentis curam, aut malæ metum excuſſuro, ſolenne & ultimum vale dicas.

Unum interim Ammonij Hermiæ, *ex ipſius in lib.* περὶ Ἑρμην. *Commentarijs deſumptum* ἀποσπασμάτιον, *Alexandro noſtro plane* συνῳδὸν *&* σύμψηφον *ex Veneto Fratrum* Nicolinorum *exemplari (ſed eo ad amuſſim Manuſcripti Bodleiani recuſo, & mendis quæ latebant pauculis liberato) huc transferri, & auctarij loco appendi, teque neſcire quiſnam has tibi fruges appoſuerit, non gravaberis.*

Utere, Lector, & vale.

Digitized by Google

Alexandri Aphrodiſienſis liber

ad Imperatores conſcriptus

DE FATO, &

De eo quod noſtra eſt poteſtatis.

Erat quidem mihi in votis, Maximi Imperatores, Severe & Antonine, ut ipſi apud vos eſſe, mihi contingeret & conſpicari & alloqui vos, & gratias agere pro beneficiis ſæpenumero a vobis acceptis, ut qui omnia ſemper quæ poſtulaverim obtinuerim, ſimulque teſtimonium acceperim, dignum me eſſe qui quæ poſtulaveram obtinerem. Cum vero illi, qui in templis ipſis coram ſacrificare non poteſt, ex omni loco & ubilibet ipſis ſacra facere liceat, & donaria mittere, quæ ipſe afferre nequeat; ego quidem hac libertate, qua circa numen uti licet, circa vos uti auſus ſum, & aliquas vobis primitias fructuum noſtrorum in offertorium mittere, donum quidem quod præ aliis omnibus, vobis maxime proprium fututurum eſt. Quodnam enim donum iis, qui ſincere philoſophiam & colunt & promovent; magis proprio jure afferri poteſt, quam liber, qui philoſophicam contemplationem

comp-

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΑΦΡΟΔΙΣΙΕΩΣ

Πρὸς τοὺς Αὐτοκράτορας,

ΠΕΡῚ ΕἹΜΑΡΜΈΝΗΣ ΚΑῚ ΤΟῦ ἘΦ᾽ ἩΜῖΝ.

ἮΝ μὲν δὴ εὐχῆς μοι, μέγιστοι Αὐτοκράτορες, Σεβῆρε καὶ Ἀντωνῖνε, αὐτῷ γενομένῳ παρ᾽ ὑμᾶν, ἰδεῖν τε ὑμᾶς, καὶ προσειπεῖν, καὶ καθομολογῆσαι χάριν ἀνθ᾽ ὧν ἔπαθον εὖ παρ᾽ ὑμῶν πολλάκις, ἀεὶ τυχὼν πάντων ὧν ἠξίωσα, μετὰ μαρτυρίας, ὡς δίκαιος εἴη τυγχάνειν τοιαῦτα αἰτούμενος. Ἐπεὶ δὲ ἐφᾶται, καὶ εἰ μὴ παρών τις τοῖς ἱεροῖς θύειν δύναται, τὸ θύειν αὐτοῖς πανταχόθεν τέ, καὶ πανταχοῦ, καὶ πέμπειν ἀναθήματα, ἃ μὴ κομίζειν αὐτὸς οἷός τε, ἐθάρσησα πρὸς ὑμᾶς τῇ πρὸς τὸ θεῖον ἐξουσίᾳ, καὶ τινας ἀπαρχὰς ὑμῖν τῶν ἡμετέρων καρπῶν ἀνάθημα πέμψαι, οἰκειότατον ὑμῖν ἀναθημάτων ἁπάντων. Τί γὰρ ἂν οἰκειότερον τοῖς

γνησίως φιλοσοφίαν τιμῶσί τε, καὶ προάγουσιν, ἀνάθημα γένοιτο, βιβλίου ὑπισχνουμένου θεωρίαν φιλόσοφον περιέχειν, καὶ τὴν δόξαν τὴν Ἀριστοτέλους, ἣν ἔχει περί τε εἱμαρμένης καὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν, οὗ τῆς φιλοσοφίας προΐσταμαι, ὑπὸ τῆς ὑμετέρας μαρτυρίας διδάσκαλος αὐτῆς κεκηρυγμένος. Ἔστι δὲ οὐδενὸς δεύτερον τῶν κατὰ φιλοσοφίαν δογμάτων τοῦτο τὸ δόγμα. ἥτε γὰρ ἀπ' αὐτοῦ χρεία πανταχοῦ τε καὶ ἐπὶ πάντα διατείνει. οὐ γὰρ ὁμοίως περὶ τὰς πράξεις ἔχουσιν οἵ τε πάντα ἐξ ἀνάγκης τε καὶ καθ' εἱμαρμένην γίγνεσθαι πεπιστευκότες, καὶ οἷς δοκεῖ γίγνεσθαί τινα, καὶ μὴ τοῦ πάντως ἔσεσθαι προκαταβεβλημένας αἰτίας ἔχοντα· ἥτε εὕρεσις τῆς ἀληθείας τῆς ἐν αὐτῷ χαλεπωτάτη, τῷ δοκεῖν τῶν δοξῶν ἑκατέρᾳ πολλὰ ἀντιμαρτυρεῖν τῶν ἐναργῶν. Ἐπεὶ δὲ ἐνίων δογμάτων κατασκευὴ διὰ τὴν πρὸς τοὺς μὴ ὁμοίως λέγοντας ἀντιλογίαν γίνεται φανερωτέρα (ὧν ἐν τοῖς μάλιστα κατ' αὐτοῦ οὐδὲν οἶμαι μείζω, ἢ κατὰ τὴν Ἀριστοτέλους δόξαν εἰπεῖν) ποιήσομαι τὸν λόγον πρὸς τοὺς οὐχ ὁμοίως ἐκείνῳ περὶ τούτων εἰρηκότας, ὅπως ἐν τῇ τῶν λεγομένων παραθέσει φανερώτερον ἡμῖν τἀληθὲς γένηται· Ἔστι δὲ ἡ τῶν λόγων τῶν ἡμετέρων προαίρεσις οὐ πρὸς ἐπίδειξιν νενευκυῖα, ἀλλὰ πρὸς ἐξέτασίν τε καὶ διδασκαλίαν τῶν προκειμένων ἀκριβεστέραν ἣν καὶ ὑμᾶς πᾶσιν οἷς πράσσετε ὁρᾶν ἔνεστιν ἐζηλωκότας, οὐδεμίαν γοῦν πρᾶξιν ὑμῶν ἐστιν εὑρεῖν ἢ τὴν φαντασίαν περὶ τῆς ἀληθείας

σκοπὸν

comprehendere pollicetur, & ſententiam,quam de fato & de eo quod noſtræ eſt poteſtatis concepit Ariſtoteles?cujus ego & Philoſophiæ profeſſor & magiſter publico teſtimonij veſtri præconio conſtitutus ſum. Neque enim alia eſt in univerſa Philoſophia doctrina quæ huic præferri debeat; quæ enim ab ea eſt utilitas, quoquoverſum ſe & ad omnia extendit. Non enim eodem modo circa res gerendas ſe habent illi, qui ex neceſſitate & ſecundum fatalem legem omnia fieri credunt, aliique qui quædam fieri putant,quæ cauſas præcedaneas neceſſario ea efficientes non habent. Quinimo difficilis plane in hac quæſtione veritatis indagatio futura eſt, ideo quod & huic & illi ſententiæ multa ſint, quæ manifeſte adverſari videantur. Cum vero quarundam aſſertionum confirmatio ex eorum qui ſecus affirmant oppoſitione luculentior evadat (qua in re non eſt me arbitro majoris momenti quicquam, quam ut in iis præſertim quæ contra eum ſcripta ſunt, ſecundum Ariſtotelis ſententiam loquamur) ad eos quidem ſermonem convertam, qui non eadem cum illo de his affirmarunt, ut juxta poſitis iis quæ utrinque dicuntur, magis nobis eluceſcat veritas. Diſſertationum interim noſtrarum inſtitutum non ad oſtentationem dirigitur, ſed ad inquiſitionem ſimul, ac explicationem eorum, quæ propoſita ſunt, quam maxime accuratam: Cui & vos in omnibus quæ agitis diligenter operam dare videmus,

demus, nulla enim actionum veſtrarum conſpicitur, quæ oſtentationem potius quam veritatem ſibi propoſuerit. Si quid vero vobis, per otium in librum hunc incidentibus, viſum fuerit ulteriori explicatione indigere, hunc mihi honorem a vobis indulgeri obſecro, ut ad me de illis quæ ſub quæſtionem cadant, ſcribatur. Non enim facile eſt uno eodemque libro, & res ipſas, quæ tractandæ proponuntur, & ea omnia, quibus ad explicationem ipſarum uti fas eſt, dilucidare.

Eſſe igitur aliquid Fatum, cauſamque illud cenſendum eſſe, quod quædam fataliter fiant, argumentum ſatis firmum exhibet anticipata hominum opinio, aut perſuaſio. Neque enim vana res eſt, neque a vero aberrans, communis hominum natura, quotieſcunque de quibuſdam rebus inter ſe conſentiunt omnes; iis tantum exceptis qui ob aliqua prius ab ipſis ſuſcepta dogmata, & ut ea quæ ſunt iis conſectanea tueantur, in diverſa abire coguntur (Quam ob cauſam Anaxagoras Clazomenius, quamvis in iis quæ ad Phyſiologiam pertinent, non contemnendus alioquin Philoſophus, fidem tamen hac in re meruiſſe non putandus eſt, cum communi omnium hominum de Fato perſuaſioni adverſetur. Hic enim nihil eorum quæ fiunt, ex Fato fieri aſſerit, ſed inane id nomen eſſe;) Quid vero demum fatum ſit, & in quibus locum habeat, nondum id expeditum eſt. Illud enim nondum

ſibi

σκοπὸν πεποίηται. εἰ δέ τι, κατὰ χώραν ἐντυγχάνουσιν ὑμῖν τοῦ βιβλίου, δεῖσθαι δόξει ῥηθῆναι γνωριμώτερον, ἀξιῶ τιμηθῆναι καὶ ταύτῃ τῇ τιμῇ παρ᾽ ὑμῶν, καὶ γραφῆναί μοι περὶ τῶν ζητουμένων, οὐδὲ γὰρ ῥᾴδιον πάντα γνώριμα ποιῆσαι δι᾽ ἑνὸς βιβλίου, αὐτά τε τὰ προκείμενα, καὶ οἷς τις χρῆται πρὸς τὴν μήνυσιν αὐτῶν.

Τό μὲν οὖν εἶναί τι τὴν εἱμαρμένην καὶ αἰτίαν εἶναι τοῦ γίνεσθαί τινα κατ᾽ αὐτὴν ἱκανῶς ἡ τῶν ἀνθρώπων συνίστησι πρόληψις. οὐ γὰρ κενὸν οὐδ᾽ ἄστοχον τἀληθοῦς ἡ κοινὴ τῶν ἀνθρώπων φύσις, καθ᾽ ἣν περί τινων ὁμοδοξοῦσιν ἀλλήλοις ὅσοι γε αὐτῶν μὴ διά τινας προκαταβεβλημένας δόξας ὑφ᾽ αὐτῶν, διὰ τὸ σῴζειν βούλεσθαι τὴν πρὸς αὐτὰς ἀκολουθίαν, ἄλλως ἀναγκάζονται λέγειν (δι᾽ ἣν αἰτίαν οὐδὲ Ἀναξαγόρας ὁ Κλαζομένιος, καίτοι τἆλλα ὢν ἐν τοῖς τὴν φυσικὴν φιλοσοφίαν φιλοσοφήσασιν οὐκ ἀπερριμμένος, οὐκ ἀξιόπιστος ἀντιμαρτυρῶν τῇ κοινῇ τῶν ἀνθρώπων πίστει περὶ εἱμαρμένης, λέγει γὰρ οὗτός γε μηδὲν τῶν γινομένων γίνεσθαι καθ᾽ εἱμαρμένην, ἀλλὰ εἶναι κενὸν τοῦτο τοὔνομα.) Τί δέ ποτ᾽ ἐστὶν ἡ εἱμαρμένη, καὶ ἐν τίσιν, οὐκέτι· οὐ γὰρ μόνον οὐκ ἀλλήλοις ἅπαντες, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἡ τῶν ἀνθρώπων κοινὴ πρόληψις ἱκανὴ τοῦτο μηνῦσαι. οὔτε γὰρ ἀλλήλοις ἅπαντες, §. II.

ἀλλα

ἀλλὰ οὐδὲ αὐτός αὑτῷ τις περὶ αὐτῆς ἀεὶ τὰ αὐτὰ δοξάζει. πρὸς γὰρ τοὺς καιρούς τε καὶ τὰς περιεστώσας τύχας, καὶ τὴν περὶ τῆς εἱμαρμένης δόξαν μεταφέρουσιν. Ὅσοι μὲν γὰρ αὐτῶν πάντα καθ' εἱμαρμένην γίγνεσθαι λέγουσι, τὴν εἱμαρμένην ὑπολαμβάνουσιν ἀπαράβατόν τινα αἰτίαν εἶναι καὶ ἀναπόδραστον. εἰσὶ δ' οἷς οὐ πάντα τὰ γινόμενα δοκεῖ γίνεσθαι καθ' εἱμαρμένην, ἀλλ' εἶναί τινας ὑπολαμβάνουσι τῶν γιγνομένων καὶ ἄλλας αἰτίας. ἀλλ' οὐδὲ τὴν εἱμαρμένην αὐτὴν τὸ πάγιον τε καὶ ἀπαράβατον ἔχειν τίθενται, ἀλλὰ γίγνεσθαί τινα καὶ τῶν καθ' εἱμαρμένην γίγνεσθαι πεφυκότων, οὐ κατ' αὐτήν, ἀλλὰ παρὰ μοῖραν, ὡς οἱ ποιηταί φασι, καὶ παρὰ τὴν εἱμαρμένην. Ἐστὶ δ' ὅτις ποτὲ πάντα γίνεσθαι τὰ γινόμενα δοκεῖ καθ' εἱμαρμένην, καὶ μάλιστ' ἂν αὐτοῖς τὰ τῆς τύχης ἀντιπίπτῃ· κατορθοῦντες δὲ ἐν τοῖς προκειμένοις, αὐτοὺς αἰτίους εἶναι τῶν κατορθωμάτων ὑπολαμβάνουσιν., ὡς οὐκ ἂν ἀπαντησάντων τῶν ἀπηντικότων, εἰ μὴ αὐτοὶ τάδε μᾶλλον ἔπραξαν ἀντὶ τῶνδε, ὡς ἔχοντες καὶ τοῦ μὴ πράττειν αὐτὰ τὴν ἐξουσίαν. Δι' ἣν διαφωνίαν ἀναγκαία τοῖς φιλοσοφοῦσιν ἡ ζήτησις περὶ τῆς εἱμαρμένης, οὐκ εἰ ἔστιν, ἀλλὰ τί ποτ' ἐστι καὶ ἐν τίσι τῶν γιγνομένων τε καὶ ὄντων ἐστὶν ἡ ποιά δὲ φύσις.

§. III. Ὅτι μὲν οὖν αἰτίαν τινὰ τὴν εἱμαρμένην τοῖς γιγνομένοις εἶναι, λέγουσι πάντες, οἱ περὶ εἱμαρμένης λέγοντές τι, γνώριμον· ταύτην

ſibi invicem omnes homines explicarunt, neque id ſolum, ſed neque communis hominum notio ad illud exprimendum ſufficit; neque enim omnes inter ſe, ſed nec quiſpiam, ita ut ſibi ipſi conſtet, hac in re eadem affirmat. Prout enim ſunt tempora, caſuſque rerum, ita ſuam de Fato ſententiam mutant. Quotquot enim eorum omnia fatali lege produci aſſerunt, fatum immutabilem quandam & inevitabilem cauſam eſſe præſumunt. Alii vero non omnia ex Fato fieri exiſtimant, ſed alias & alias eventuum cauſas aſſignandas eſſe ſtatuunt, neque enim adeo obſtinatam & immutabilem Fato vim ineſſe ſtatuunt, ut ipſorum etiam quæ ex Fato fieri nata ſunt, omnia ex Fato fiant, cum alia, ut Poetæ loquuntur, extra ſortem Fatumque facta ſint. Sunt vero alii quibus omnia ex Fato fieri videntur quæ fiunt, idque tunc maxime, cum adverſa ipſis fortuna acciderit. Si quando vero res proſpere & ex propoſito iis ſuccedant, ſe ſtatim feliciorum eventuum cauſas eſſe exiſtimant, tanquam non eventura fuiſſent quæ evenerant, niſi illi hæc fecerint, repudiatis illis, ut qui habeant ſcilicet poteſtatem ea non faciendi quæ fecerunt. Ob hanc igitur ſententiarum varietatem, Philoſophis plane neceſſaria eſt hæc de Fato diſquiſitio, non an ſit, ſed quid demum ſit & inquibus eventibus rebuſque vis hujuſmodi locum habeat. Quod igitur omnes qui de Fato quicquam loquuntur, illud eorum quæ fiunt

cauſam

cauſam aliquam eſſe affirment, manifeſtum eſt; hanc enim aſſignant & affirmant cauſam eſſe, quod fiant ea quæ fiunt eo modo quo fiunt. Quandoquidem vero cauſæ vox multis modis ſumatur, neceſſarium eſt ut qui quæſtionem hanc ordinate tractaturi ſunt, primo ſtatuant, ſub quo genere cauſarum poni Fatum debeat. Nihil enim eorum quæ pluribus modis ſumuntur, ſine diſtinctione prolatum, noſci poteſt. Cauſæ vero omnium rerum in quatuor claſſes, ſicut divinus Ariſtoteles monſtravit, dividuntur. Cauſarum enim aliæ ſunt efficientes, aliæ materiæ rationem habent: Eſt & quædam inter eas formalis cauſa, & præter has tres, etiam finalis cauſa, cujus gratia eſt quod quicquam fiat. Et tot quidem ſunt cauſarum differentiæ, quicquid enim alicujus rei cauſa eſt, ſub harum cauſarum aliqua reperietur. Quamvis enim ſingula quæ fiunt tot cauſis opus non habent, ea tamen quæ plurimis indigent, prædictum numerum non excedunt. Manifeſtior autem harum diſtinctio futura eſt, ſi in aliquo eorum quæ fiunt exemplo ſpectetur. Sit ergo in ſtatua hæc nobis monſtrata cauſarum diſtinctio. Statuæ quippe cauſa efficiens eſt is qui eam condidit artifex, quem ſtatuarium vocamus: Materiæ autem vicem ſupplet æs, aut lapis, qui ei ſubjicitur, aut quodcunque illud eſt quod ab artifice ſecundum artem figuratur. Illud enim etiam in cauſa eſt, quod facta fuerit, aut exiſtat

ſtatua.

ταύτην γὰρ ἀποδιδόασί τε καὶ φασὶν αἰτίαν εἶναι τοῦ γίγνεσθαι τὰ γιγνόμενα, ὃν τρόπον γίνεται. ἐπεὶ δὲ πλεοναχῶς λέγεται τὰ αἴτια, ἀναγκαῖον τοῖς ἐν τάξει τὸ πρόβλημα μετιοῦσιν, πρῶτον λαβεῖν ὑπό τινα τρόπον τῶν αἰτίων χρὴ τιθέναι τὴν εἱμαρμένην· οὐδὲν γὰρ τῶν πολλαχῶς λεγομένων γνώριμον, χωρὶς τῆς οἰκείας διαιρέσεως λεγόμενον. Διαιρεῖται δὴ τὰ τῶν γινομένων αἴτια εἰς τόπους αἰτιῶν τέσσαρας, καθὼς ὁ θεῖος Ἀριστοτέλης δέδειχεν. Τῶν γὰρ αἰτίων τὰ μὲν ἐστι ποιητικά, τὰ δὲ ὕλης ἐπέχει λόγον, ἔστι δέ τις ἐν αὐτοῖς καὶ ἡ κατὰ τὸ εἶδος αἰτία. παρὰ δὲ τὰς τρεῖς ταύτας αἰτίας ἔστιν αἴτιον ἐν αὐτοῖς καὶ τὸ τέλος, οὗ χάριν καὶ τὸ γινόμενον γίνεται. καὶ τοσαῦται μὲν αἱ τῶν αἰτίων διαφοραί, ὅ,τι γὰρ ἂν αἴτιον ᾖ τινός, ὑπὸ τούτων τι τῶν αἰτίων ὂν εὑρεθήσεται. καὶ γὰρ εἰ μὴ πάντα τὰ γινόμενα τοσούτων αἰτίων δεῖται, ἀλλά τά γε πλείστων δεόμενα οὐχ ὑπερβαίνει τὸν ἀριθμὸν τῶν εἰρημένων. γνωριμωτέρα δ' ἂν αὐτῶν ἡ διαφορὰ γίγνοιτο, εἰ ἐπὶ παραδείγματός τινος τῶν γινομένων ὁραθείη. Ἔστω γὰρ ἐπ' ἀνδριάντος ἡμῖν ἡ τῶν αἰτίων δεικνυμένη διαίρεσις. τοῦ δὴ ἀνδριάντος, ὡς μὲν ποιητικὸν αἴτιον, ὁ ποιήσας τεχνίτης, ὃν ἀνδριαντοποιὸν καλοῦμεν, ὡς δὲ ἡ ὕλη, ὁ ὑποκείμενος χαλκὸς ἢ λίθος, ἢ ὅ,τι ἂν ᾖ τὸ ὑπὸ τοῦ τεχνίτου σχηματιζόμενον κατὰ τὴν τέχνην, αἴτιον

ſtatua. Forma verò eſt illud, quod in materia ſubjecta ab artifice producitur. Et hæc etiam ſtatuæ cauſa eſt, propter quam diſco aut jaculo ludentis formam habeat, aut aliam quamlibet determinatam figuram. Nec vero hæ tantum cauſæ ſunt, quod ſtatua fiat, ſed finis etiam nulli cauſarum producendæ ſtatuæ ſecundus cenſendus, cujus ſcilicet gratiâ fiat, ut vel honos alicujus vel erga Deum pietas aliqua, ſine tali enim cauſa ſtatua prorſus facta non fuiſſet. Cum igitur tales ſint hæ totidem cauſæ, & ſic inter ſe manifeſtè diſtinctæ, ſequitur Fatum inter cauſas efficientes meritò a nobis cenſendum eſſe, ut quod in iis quæ ab eo fiunt directè reſpondeat artifici ſtatuæ conditori.

§. IV. Quæ cum ita ſint, ſequitur ut de cauſis efficientibus verba faciamus, ſic enim palam fiet, num omnium quæ fiunt cauſa fatum cenſendum ſit, an vero aliis præter fatum concedi poſſit, quod ſint quarundam rerum cauſæ efficientes. Ariſtoteles quidem omnium quæ fiunt diviſione factâ, quædam eorum alicujus rei gratiâ fieri affirmat (aliquem ſibi finem aut ſcopum proponente eo qui illa efficit) quædam verò nullius: Quæcunque enim ſine aliquo ſibi propoſito ſcope a quovis fiunt, neque ad determinatum finem referuntur (qualia ſunt & feſtuca-

rum quarundam apprehenſiones, & circumgyrationes, & capillorum contrectationes, extenſioneſque, & quæ ad hunc modum ſimiliter fiunt) ea, licet palam ſit, quòd & ipſa fiant, non tamen cauſam finalem habent, aut cujus gratiâ fiant. Quæ igitur hoc modo fiunt, cum ſine ſcopo quovis ſibi propoſito, & ſimpliciter fiant, nullam diſtinctionem habent, dignam de qua loquamur. Eorum verò quæ ad finem aliquem referuntur, & alicujus rei gratiâ fiunt, quædam ſecundum naturam, quædam ſecundum rationem fiunt. Quæ enim naturam productionis ſuæ cauſam habent, ſecundum numeros quoſdam, & ordinem determinatum, ad finem procedunt (quem cum aſſecuta ſunt, fieri deſinunt) niſi aliquid iis impedimenti interveniat in via ad finem illum, qui illis ſecundum naturam proponitur; ſed & ea quæ ſecundum rationem fiunt, finem aliquem habent, nihil enim eorum quæ ſecundum rationem fiunt, caſu evenit, ſed ad ſcopum aliquem referuntur omnia. Fiunt autem ſecundum rationem, quæcunque ab efficientibus fiunt, intercedente deliberatione & conſilio, quo pacto facienda ſunt. Hunc in modum fiunt omnia artificialia, & quæ ex electione procedunt. Quæ quidem a naturalibus differunt, eo quòd naturalia in ſeipſis habeant initium,

&

φῶν τέ τινων διακρατήσεις καὶ περιστροφαὶ, καὶ τειχῶν ἐπαφαί τε καὶ ἐκτάσεις, καὶ ὅσα τούτοις ὁμοίως γίνεται, ἃ ὅτι μὲν γίνεται καὶ αὐτά, γνώριμον, οὐ μὲν ἔχει τὴν κατὰ τέλος, καὶ τίνος χάριν αἰτίαν. Τὰ μὲν οὖν οὕτω γινόμενα ἀσκόπως τε καὶ ἁπλῶς γινόμενα, οὐδεμίαν εὔλογον ἔχει διαίρεσιν. Τῶν δὲ ἐπί τι τὴν ἀναφορὰν ἐχόντων, καί τινος γινομένων χάριν, τὰ μὲν κατὰ φύσιν, τὰ δὲ κατὰ λόγον γίνεται. Τά τε γὰρ φύσιν αἰτίαν ἔχοντα τῆς γενέσεως, κατά τινας ἀριθμοὺς, καὶ τάξιν ὡρισμένην, πρόεισιν εἴς τι τέλος, ἐν ᾧ γινόμενα τοῦ γίνεσθαι παύεται, εἰ μή τι αὐτοῖς ἐμποδὼν γένοιτο, τῇ κατὰ φύσιν αὐτῶν ἐπὶ τὸ προκείμενον τέλος ὁδῷ· Ἀλλὰ καὶ τὰ κατὰ λόγον γινόμενα ἔχει τι τέλος, οὐδὲν γὰρ ὡς ἔτυχε τῶν κατὰ λόγον γινομένων γίνεται, ἀλλ' ἐπί τινα σκοπὸν ἡ ἀναφορὰ πᾶσιν αὐτοῖς· Ἐστι δὲ κατὰ λόγον γινόμενα, ὅσα ὑπὸ τῶν ποιούντων αὐτὰ γίνεται, λογιζομένων τε περὶ αὐτῶν, καὶ συντιθέντων, καθ' ὃν ἂν τρόπον γένοιντο. Ὅυτω γίνεται τά τε κατὰ τὰς τέχνας γινόμενα πάντα, καὶ κατὰ προαίρεσιν, ἃ διαφέρει τῶν γινομένων φύσει, τῷ τὰ μὲν φύσει γινόμενα, ἐν αὐτοῖς ἔχειν τὴν ἀρχήν τε, καὶ αἰτίαν τῆς τοιαύτης γενέσεως (τοιοῦτον γὰρ ἡ φύσις) καὶ γίνεσθαι μὲν κατὰ τάξιν τινὰ, οὐ μὲν τῆς ποιούσης αὐτὰ φύσεως ὁμοίως ταῖς τέχναις λογισμῷ περὶ αὐτῶν χρωμένης. Τὰ δὲ

γινόμενα

γινόμενα κατὰ τέχνην τε καὶ προαίρεσιν, ἔξωθεν ἔχει τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως, καὶ τὴν αἰτίαν τὴν ποιοῦσαν, ἀλλ' οὐκ ἐν αὐτοῖς. Καὶ τῆς φύσεως αὐτῆς ὁ τοῦ ποιοῦντος ἡγεῖται περὶ αὐτῆς λογισμός. Ἔστιν οὖν τοῖς ἕνεκα τοῦ γινομένοις, καὶ τὰ ἀπὸ τύχης τε καὶ τ' αὐτομάτου γίνεσθαι πεπιστευμένα, ταύτῃ τῶν προηγουμένως ἕνεκα τοῦ γινομένων διαφέροντα, ᾗ ἐπ' ἐκείνων μὲν πᾶν τὸ πρὸ τοῦ τέλους γινόμενον τοῦ τέλους χάριν γίνεται, ἐπὶ δὲ τούτων, τὰ μὲν γινόμενα πρὸ τοῦ τέλους, ἄλλου χάριν γίνεται, ἀπαντᾷ δ' αὐτοῖς ἄλλου χάριν γινομένοις, ὡς τέλος, τὸ αὐτομάτως τε, καὶ ἀπὸ τύχης γίνεσθαι λεγόμενον.

§. V. Τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, καὶ πάντων τῶν γινομένων εἰς τούτους τοὺς τρόπους νενεμημένων, ἀκόλουθον ἐπὶ τούτοις ἰδεῖν, ἐν ποίῳ τῶν ποιητικῶν αἰτίων χρὴ τιθέναι τὴν εἱμαρμένην, ἆρά γε ἐν τοῖς οὐδενὸς γινομένοις χάριν, ἢ τοῦτο μὲν παντάπασιν ἄλογον, ἀεὶ γὰρ ἐπὶ τέλους τινὸς, τῷ τῆς εἱμαρμένης ὀνόματι χρώμεθα, καθ' εἱμαρμένην αὐτὸ λέγοντες γεγονέναι. Διὸ ἐν τοῖς ἕνεκα τοῦ γινομένοις

ἀναγκαῖον

& cauſam talis productionis (tale enim eſt natura) & quod fiant ſecundum ordinem quendam, cùm natura quæ illarum effectrix eſt., nullâ tali quali artes uti ſolent, deliberatione circa illa utatur. Quæ verò ſecundum artem & electionem fiunt, principium motus ſui extra ſe habeant, & cauſam effectricem, & non in ſeipſis, & productioni ipſorum præficiatur efficientis de ipſis deliberatio. Tertium itaque locum inter ea quæ fiunt alicujus rei gratiâ, ſortiuntur illa, quæ a caſu & ſuâ ſponte fieri creduntur, quæ eo quidem differunt ab iis, quæ principaliter alicujus rei gratiâ fiunt, quòd in illis quidem ea quæ ante finem ſunt, finis gratiâ fiant omnia, his vero, quæ fiunt ante adeptionem finis, alterius rei gratiâ fiant, iis verò quæ alterius rei gratiâ fiunt, tanquam finis occurrat id, quod caſu aut ſponte fieri dicitur.

§ V. His verò ſic ſe habentibus, omnibusq; quæ fiunt ad hunc modum diſtributis, conſequens eſt, ut de his videamus, in qua efficientium cauſarum claſſe locari Fatum oporteat, an in illis quæ nullius rei gratiâ fiunt, an hoc rationi omnino diſſentaneum ſit; ſemper enim de fine aliquo Fati nomen uſurpamus, quoties aliquid Fato fieri dicimus. Ideoque inter ea quæ alicujus rei

gratiâ fiunt, neceſſe eſt Fatum reponi. Et cum eorum, quæ finis alicujus gratiâ fiunt, quædam ſecundum rationem fiant, quædam ſecundum naturam, Neceſſum eſt ut vel in utriſque horum ponatur Fatum, ſic ut omnia quæ fiunt, fato fieri dicantur, vel in uno tantum horum: Verum enim verò ea quæ ſecundum rationem fiunt, ideo putantur fieri ſecundum rationem, quòd ille qui hæc facit, ea etiam non faciendi poteſtatem habeat: Quæ enim ab artificibus ſecundum artem fiunt, nulla ex neceſſitate ab iis facta videntur. Taliter igitur hi ea faciunt ſingula, ut qui ea non faciendi æqualem habent poteſtatem; ſed & abſurdum planè eſt, ſi quis domum aut lectum ex fato fieri aſſerat, aut lyram ex fato ad Muſicos modos concinnari: Actiones verò quarum Domina eſt prævia electio, hoc eſt, quæ cum virtute aut vitio fiunt, ea planè in noſtra poteſtate eſſe cenſentur, ſi verò in noſtra ſint poteſtate ea quorum nos Domini ſumus, ita ut aut fiant aut non fiant, Impoſſibile plane eſt ut Fatum eorum cauſam eſſe dicamus, aut principia aliqua cauſaſque ab extra prius illis injecta per quæ abſolutè vel fiat horum quippiam, vel non fiat. Non enim ulteriùs in noſtra poteſtate foret horum quippiam, ſi ad hunc modum produceretur.

§. VI. Supereſt

ἀναγκαῖον τιθέναι τὴν εἱμαρμένην. Καὶ ἐπεὶ τῶν ἕνεκά του γινομένων, τὰ μὲν γίνεται κατὰ λόγον, τὰ δὲ κατὰ φύσιν, ἢ ἐν ἀμφοτέροις αὐτοῖς τὴν εἱμαρμένην ἀναγκαῖον τίθεσθαι, ὡς πάντα τὰ γινόμενα καθ' εἱμαρμένην γίνεσθαι λέγειν, ἢ ἐν θατέρῳ. Ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ λόγον γιγνόμενα τούτῳ δοκεῖ γίνεσθαι κατὰ λόγον, τῷ τὸν ποιοῦντα αὐτὰ καὶ τοῦ μὴ ποιεῖν ἔχειν ἐξουσίαν. Τά τε γὰρ ὑπὸ τῶν τεχνιτῶν γινόμενα κατὰ τέχνην, οὐκ ἐξ ἀνάγκης ὑπ' αὐτῶν γίνεσθαι δοκεῖ, οὕτω γὰρ ἕκαστον ποιοῦσιν αὐτοὶ, ὡς καὶ τοῦ μὴ ποιεῖν αὐτὰ τὴν ἴσην ἔχοντες ἐξουσίαν. Ἔπι τε πῶς οὐκ ἄτοπον, τὴν οἰκίαν, καὶ τὴν κλίνην καθ' εἱμαρμένην λέγειν γεγονέναι, ἢ τὴν λύραν ἡρμόσθαι καθ' εἱμαρμένην; ἀλλὰ μὴν καὶ ὧν προαιρέσις κυρία, ταῦτα δ' ἐστιν, ὅσα κατ' ἀρετὴν τε καὶ κακίαν πράττεται, καὶ ταῦτα ἐφ' ἡμῖν εἶναι δοκεῖ. Εἰ ἐφ' ἡμῖν δὲ ταῦτα, ὧν καὶ τοῦ πραχθῆναι καὶ τοῦ μὴ πραχθῆναι ἡμεῖς εἶναι δοκοῦμεν κύριοι, τούτων δ' οὐχ οἷόν τε λέγειν αἰτίαν τὴν εἱμαρμένην, οὐδὲ ἀρχὰς εἶναί τινας, καὶ αἰτίας ἔξωθεν προκαταβεβλημένας, τοῦ πάντως ἢ γενέσθαι τι αὐτῶν, ἢ μὴ γενέσθαι. Οὐκέτι γὰρ ἂν

εἴη τι τούτων ἐφ' ἡμῖν, εἰ γένοιτο τοῦτον τὸν τρόπον.

§. VI. Λείπεται δὴ λοιπὸν τὴν εἱμαρμένην ἐν τοῖς φύσει γινομένοις εἶναι λέγειν, ὡς εἶναι ταυτὸν εἱμαρμένην τε καὶ φύσιν, τό τε γὰρ εἱμαρμένον κατὰ φύσιν, καὶ τὸ κατὰ φύσιν εἱμαρμένον, οὐ γὰρ κατὰ φύσιν μὲν ἐστιν ἄνθρωπον ἐξ ἀνθρώπου, καὶ ἵππον ἐξ ἵππου γίνεσθαι, οὐ καθ' εἱμαρμένην δέ, ἀλλὰ συνεδρεύει τὰ αἴτια ταῦτα ἀλλήλοις, ὡς ἂν ἔχοντα κατὰ τοὔνομα μόνον τὴν διαφοράν. Διὸ καὶ τὰ πρῶτα τῆς κατὰ φύσιν ἑκάστοις γενέσεως αἴτιά ἐστιν. Οἱ δ' αὐτὰ τὰ θεῖα, καὶ τὴν τούτων εὔτακτον περιφοράν, καὶ τῆς εἱμαρμένης αἴτια λέγουσι. Πάσης γὰρ γενέσεως ἀρχή, ἡ τῶν θείων κατὰ κίνησιν ποία σχέσις πρὸς τὰ τῇδε. Οὔσης δὲ τῆς εἱμαρμένης ἐν τούτοις, καὶ τοιαύτης, ἀναγκαῖον ὡς ἂν ἔχῃ τὰ γινόμενα κατὰ φύσιν, οὕτως ἔχειν καὶ τὰ καθ' εἱμαρμένην. Ἀλλὰ μὴν τὰ γινόμενα κατὰ φύσιν, οὐκ ἐξ ἀνάγκης γίνεται, ἀλλ' ἔστιν ἡ γένεσις τῶν οὕτω γινομένων ἐμποδιζομένη, διό ποτε μὲν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον γίνεται τὰ γινόμενα κατὰ φύσιν, οὐ μὴν ἐξ ἀνάγκης, χώραν γὰρ ἐν αὐτοῖς ἔχει καὶ τὸ παρὰ φύσιν, καὶ γίνεται ὑπό τινος αἰτίας ἔξωθεν, ἐμποδισθείσης τῆς φύσεως εἰς τὸ ἔργον τὸ ἑαυτῆς. Διὸ οὔτε ἐξ ἀνάγκης ἄνθρωπος ἀνθρώπου,

ἀλλ'

§. VI. Supereſt igitur ut dicatur in iis quæ naturâ fiunt Fatum eſſe, adeoq; idem eſſe Fatum & Naturam, id nempe quod fatale eſt ſecundum naturam fieri, & id quod ſecundum naturam, fatale, nec naturale eſſe, ut homo ab homine, equus ab equo generetur, at non & idem fatale ſit, ſed ſimul invicem ſociari cauſas iſtas, ut quæ nominaliter tantummodo diſtinguantur. Quare & ea quæ prima ſunt, naturalis cujuſque generationis cauſæ ſunt. Quidam autem ipſa divina & divinorum bene ordinatam circumactionē dicunt Fati cauſas eſſe. Principium enim omnis generationis eſt certa quædam, circa ea quæ hic ſunt, Divinarum naturarum habitudo reſpectu motûs: Cùm vero in his ſit Fatum, & tali modo ſe habeat, neceſſum eſt, quo modo ſe habent ea quæ natura fiunt, eodem etiam ſe habere quæ fato fiunt. Ex una autem parte manifeſtum eſt, ea ſcilicet quæ natura fiunt, non fieri ex neceſſitate, cùm eorum quæ ſic producuntur generatio nonnunquam impediatur, ideoque hæc quæ naturâ fiunt, in eorum prorſus numero quæ plerumque quidem eveniunt, non autem neceſſariò, ponenda ſunt; locum enim in illis habet etiam id quod præter naturam eſt, quod nempe accidit, quoties ab extrinſeca aliqua cauſa natura impediatur, ſic ut opus ſuum *nequeat ad exitum deducere.* Quo fit ut non neceſſariò homo ab homine

fiat,

fiat, ſed ut plerumque ſic fiat. Unde & illud ſequitur, quod eorum quæ natura ſunt, ſecundum legem aliquam prævlam, quæ de iis determinatè ferrì videtur, unumquodque ſemper & conſtanter fiat. Cùm verò inter ea quæ naturâ fiunt, alia etiam præter naturam fiant, & non omnia ſecundum naturam (eodem modo quo in Artis operibus fieri videmus) ſequitur ut & inter ea quæ Fato fiunt locum etiam habeant ea quæ præter Fatum fiunt. Adeò ut, ſi locum habeat id quod præter naturam eſt, nec ſit illud inane prorſus nomen, inter ea etiam quæ fato fiunt, illi, quod eſt præter Fatum, locus concedendus ſit. Nec igitur a ratione alienum eſt ſi dicamus, propriam cujuſq; rei naturam, ejus principium eſſe, cauſamq; diſpoſitionis omnium, quæ ab ea ſecundum naturam fiunt. Ab hac enim ut plurimum, & vitæ & exitus hominum ordinem ſuum accipiunt. Videmus igitur corpus ex eo quod tale aut tale temperamentum a natura habeat, in morbos etiam & corruptiones incidere, ex conſequentia naturalis conſtitutionis, non tamen illud neceſſariò; ſufficiunt enim talem diſpoſitionem excutere & cura victûs, & mutatio aeris, & medicorum præcepta, & conſilia Deorum. Eodem verò modo & in animo, præter naturalem conſtitutionem, varias unicuiq; & electiones & actiones, & vitæ genera contingere reperies.

Mores

ἀλλ' ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. Ὅθεν καὶ κατὰ τὴν ὡρίσθαι δοκοῦσαν προθεσμίαν τοῖς γινομένοις κατὰ φύσιν, ἕκαστον τῶν οὕτω γινομένων ἀεὶ γίνεται. Ὄντος δὲ ἐν τοῖς γινομένοις κατὰ φύσιν καὶ τοῦ παρὰ φύσιν, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς κατὰ τέχνην, χώραν ἂν ἔχοι καὶ ἐν τοῖς κατὰ τὴν εἱμαρμένην γινομένοις, τὸ παρὰ τὴν εἱμαρμένην. Ὥστε εἰ χώραν ἔχει τὸ παρὰ φύσιν καὶ μὴ κενὸν ἐστὶν ὄνομα, ἔχοι ἂν ἐν τοῖς γινομένοις χώραν, καὶ τὸ παρὰ τὴν εἱμαρμένην. Διὸ καὶ λέγοι τις ἂν εὐλόγως τὴν οἰκείαν φύσιν, ἀρχὴν ἑκάστου καὶ αἰτίαν εἶναι τῆς τῶν γινομένων ἐν αὐτῷ κατὰ φύσιν τάξεως. Ἀπὸ ταύτης γὰρ, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, οἵ τε βίοι τῶν ἀνθρώπων τὴν τάξιν, καὶ αἱ καταστροφαὶ λαμβάνουσιν. Ὁρῶμεν γοῦν ὅτι καὶ τὸ σῶμα, τῷ τοιὸν ἢ τοιὸν εἶναι τὴν φύσιν, καὶ ἐν νόσοις καὶ φθοραῖς, ἀκολούθως τῇ φυσικῇ συστάσει, γίνεται, οὐ μὴν ἐξ ἀνάγκης, ἱκαναὶ γὰρ ἐκκροῦσαι τὴν τοιὰν δὲ τάξιν ἐπιμέλειαί τε καὶ ἀέρων ὑπαλλαγαὶ, καὶ προστάξεις ἰατρῶν, καὶ συμβουλίαι θεῶν. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς εὕροι τις ἂν, παρὰ τὴν φυσικὴν κατασκευὴν, διαφόρους γινομένας ἑκάστῳ τάς τε προαιρέσεις, καὶ τὰς πράξεις, καὶ τοὺς βίους.

ἦθος

ἦθος γὰρ ἀνθρώπῳ δαίμων, κατὰ τὸν Ἡράκλειτον, τουτέστι φύσις. Ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον γὰρ ταῖς φυσικαῖς κατασκευαῖς τε καὶ διαθέσεσι, τάς τε πράξεις, καὶ τοὺς βίους, καὶ τὰς καταστροφὰς αὐτῶν, ἀκολούθους ἰδεῖν ἔστι. Τῷ μὲν γὰρ φιλοκινδύνῳ, καὶ θρασεῖ φύσει, βίαιός τις καὶ ὁ θάνατος ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, αὕτη γὰρ ἡ τῆς φύσεως εἱμαρμένη. Τῷ δὲ ἀκολάστῳ τὴν φύσιν, τότε ἐν ἡδοναῖς τοιαύταις καταζῆν, καὶ ὁ τῶν ἀκρατῶν βίος, ἂν μή τι κάλλιον ἐν αὐτῷ γινόμενον ἐκστῇ τὸ κατὰ φύσιν, αἱ τῶν πόνων ὑπομοναί, καὶ αἱ κακοπάθειαι καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις τοῦ βίου καταστροφαί, πάλιν εἰσὶ καθ᾽ εἱμαρμένην. Καὶ τοῖς ἀνελευθέροις δὲ τὴν φύσιν, καὶ ἀπλήστοις περὶ κτῆσιν χρημάτων, καὶ τὰ τῆς εἱμαρμένης συνῳδά. Ἐν ἀδικίαις γάρ, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, ὁ τῶν τοιούτων βίος, καὶ ἡ τοῦ βίου δὲ καταστροφή, τοῖς κατ᾽ αὐτὰ πράττουσιν ἀκόλουθος. Διὸ καὶ ἐπιλέγειν εἰώθασι τοῖς πιστοῖς, ὅταν ἐν τοῖς ἀκολούθοις τε τοῦ βίου καὶ καθ᾽ εἱμαρμένην περιστάσεσιν ὦσιν, ὡς ἑαυτοῖς γινομένοις αἰτίοις τῶν παρόντων αὐτοῖς κακῶν. Καὶ τοῦτ᾽ ἄν τις παριστὰς βουλόμενος τοῖς τὰς μαντείας ἐπαγγελλομένοις, τοῦ μὴ πάντως αὐτοὺς ἐπιτυγχάνειν, φέρει τὸ αἴτιον, μὴ πάντα τὴν φύσιν ἑκάστου καὶ τὴν εἱμαρμένην εὐοδεῖν, ἀλλὰ γίνεσθαί τινα καὶ παρ᾽ αὐτήν,

Mores enim homini cuiq; ſunt dæmon aut Genius, ſecundum Heraclitum, id eſt, natura. Ut plurimum enim naturalibus conſtitutionibus & diſpoſitionibus & actiones, & vitarum genera, & exitus eorum, conſentaneas videre eſt: Ei enim qui periculorum amans, & audax eſt, mors ut plurimùm violenta obtingit. Hæc enim eſt naturæ lex Fatalis. Ei autem qui naturâ intemperans eſt, ut in ejuſmodi voluptatibus totum tempus conſumat, & vitam intemperantium degat; ſi vero excellentius quippiam ei obveniens ab ea quæ illi naturalis eſt habitudine dimoveat, etiam ut labores conſtanter ferat, & quaſcunq; afflictiones, & in his deniq; vitam concludat, Fatale rurſus eſt. Sic et illiberalibus ingeniis, & circa pecuniarum poſſeſſionem nunquam ſatiatis, quædam ex Fati lege conſentanea ſunt; In faciendis enim injuriis, ut plurimùm talium vita tranſigitur, & vitæ exitus iis obvenit, qualis talia facientibus conſentaneus eſt. Ideoq; talibus dici ſolet, cùm in ea inciderint mala, quæ vitam taliter peractam rite, & ſecundum fatales leges ſequuntur, ipſos ſibi malorum, quibus premuntur, cauſas eſſe. Et hanc ſibi reddi rationem experietur, quiſquis ad eos qui prædictiones pollicentur, accedens interroget, cur non ſemper ſcopum attingant, videlicet, non omnia ſecundum cujuſq; naturam & Fatum procedere, ſed quædam præter

illam

illam fieri, eſſe autem vates eorum quæ ſecundum Fatum fiunt interpretes, & ut de iis qui ex corporis aſpectu judicant, dicendum eſt. Cùm igitur Zopyrus iſtius artis Magiſter de Socrate philoſopho fœda quædam,eaque quæ ab ejus vitæ inſtituto plurimum abhorrerent, pronunciaret, ideoq; a diſcipulis Socratis riſu exciperetur, reſpondit Socrates Zophyrum nihil mentitum eſſe, Talem enim ſe ex natura fuiſſe,ſi non per philoſophiæ ſtudium naturam in melius mutaſſet. Et hæc quidem de Fato ſententia eſt, ut ſummatim eam complectar, ſecundum Peripateticos.

§.VII. Manifeſtior autem futura eſt eorum quæ dicta ſunt confirmatio,ſi prælibatis eorũ quæ proponimus probationibus, abſurdas quaſdam conſequentias ſubjungamus, quibus illi, qui omnia Fato fieri aiunt, implicantur. Sermone enim ſic permixto, & ſententiis diverſis juxta poſitis, clarius eluceſcet veritas. Nec erit ad hoc nobis neceſſarium, ut eadem ſæpius repetamus. Meritò enim miretur aliquis, quo pacto quidam philoſophari dicantur, & veritatem in rebus latentem inveſtigare, & ex hac Philoſophos prærogativa aliis omnibus præcellere exiſtimantes, & eo nomine alios ad ejus ſtudium hortantes, ſe

εἶναι δὲ τοὺς μάντεις τῶν γινομένων καθ' εἱμαρμένην, ὥσπερ οὖν καὶ τοὺς φυσιογνώμονας. Εἰπόντος γοῦν Ζωπύρου τοῦ φυσιογνώμονος περὶ Σωκράτους τοῦ φιλοσόφου ἄτοπά τινα καὶ πλεῖστον ἀφεστῶτα τῆς προαιρέσεως αὐτοῦ τῆς κατὰ τὸν βίον, καὶ ἐπὶ τούτοις ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Σωκράτην καταγελωμένου, οὐδὲν εἶπεν ὁ Σωκράτης ἐψεῦσθαι τὸν Ζώπυρον, ἦν γὰρ ἂν τοιοῦτος, ὅσον ἐπὶ τῇ φύσει, εἰ μὴ διὰ τὴν ἐκ φιλοσοφίας ἄσκησιν, ἀμείνων τῆς φύσεως ἐγένετο. Καὶ αὕτη μὲν ἡ περὶ εἱμαρμένης, ὡς ἐπὶ κεφαλαίων εἰπεῖν, κατὰ τοὺς ἀπὸ τοῦ περιπάτου δόξα.

§. VII.

Ἡ δὲ κατασκευὴ τῶν εἰρημένων ἔσται φανερωτέρα, παρατιθέντων ἡμῶν ταῖς προηγουμέναις τῶν κειμένων ἀποδείξεσι, τὰ ἑπόμενα ἄτοπα τοῖς πάντα καθ' εἱμαρμένην γίνεσθαι λέγουσιν. Μιγνῦντες γὰρ οὕτω τὸν λόγον, τῇ τε τῶν δοξῶν παραλλήλῳ θέσει, γνωριμώτερον τἀληθὲς ποιήσομεν. Καὶ πρὸς τούτῳ οὐκ ἕξομεν ἀνάγκην μεμνῆσθαι τῶν αὐτῶν πολλάκις. Εὐλόγως γὰρ ἄν τις ἀπορήσειε, πῶς φιλοσοφεῖν τινὲς λέγονται, καὶ τὴν ἀλήθειαν τὴν ἐν τοῖς οὖσι μετέρχεσθαι, καὶ ταύτην τῶν ἄλλων ἀνθρώπων πλέον ἔχειν τοὺς φιλοσοφοῦντας ὑπολαμβάνοντες, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοὺς ἄλλους ἐπὶ τοῦτο προτρέποντες,

ἐπιδόσαν

ἐπέδοσαν αὐτοὺς τῇ δόξῃ, τῇ πάντα ἐξ ἀνάγκης τε καὶ καθ' εἱμαρμένην γίγνεσθαι λεγούσῃ, ἐφ' ἣν μόνους ὁρῶμεν καταφεύγοντας τῶν ἰδιωτῶν, τοὺς οὐδὲν αὑτοῖς συνειδότας δεξιὸν, ὅτι. τὴν εἱμαρμένην ἀφ' αὑτῶν τὴν αἰτίαν τῶν περιεστώτων αὐτοὺς κακῶν μεταφέροντας· δόξῃ οὔτε τοῖς ἐναργέσι συνᾳδούσῃ, οὔτε τινὰς πρὸς ἀποδείξεις τοῦ οὕτως ἔχειν ἐχούσῃ, προσέτι τε ἀναιρούσῃ τὸ εἶναί τι ἐφ' ἡμῖν. Οὗ προστεθέντος, τίς ἂν ἄλλη μείζων ἐκ λόγων γένοιτο ζημία; Ὅτι μὲν γὰρ παρὰ τὰ ἐναργῆ, δῆλον ἐκ τοῦ πεπιστεῦσθαι μὲν σχεδὸν ὑπὸ πάντων ἰδιωτῶν τε καὶ φιλοσόφων, τὸ γίνεσθαί τινα καὶ αὐτομάτως, καὶ ἀπὸ τύχης, εἶναι δέ τινα τῶν γινομένων καὶ ἐνδεχομένως γινόμενα, καὶ ἔχειν τινὰ χώραν ἐν τοῖς οὖσι, καὶ τὸ μηδὲν μᾶλλον τόδε τοῦδε. Τούτων δὲ μηδὲν σώζεσθαι, κατὰ τοὺς ἐξ ἀνάγκης πάντα γίνεσθαι λέγοντας, εἴγε σώζει μὲν αὐτὰ ὅτι, τὸ ἐφ' οἷς σημαινομένοις τὰ ὀνόματα ταῦτα κεῖσθαι πεπίστευται, ταῦτα μὴ κινεῖν. Οὐ γὰρ τὸ ἄλλά τινα ὑποβάλλοντα σημαινόμενα τοῖς ὀνόμασι, διὰ τοῦ μένειν ἐκεῖνα, μένειν ἡγεῖσθαι καὶ τὰ προειρημένα, σωζόντων ἐστὶ τὰ κείμενα. Οὐ γὰρ σώζεται τὸ γίνεσθαί τινα ἀπὸ τύχης, ἂν ἀνελών τις τὴν τῶν οὕτω γινομένων φύσιν, ὄνομα θῆται

τοῖς

ſe tamen eorum ſententiæ addixerint, qui omnia ex neceſſitate, & ſecundum Fatum fieri aſſerunt, ad quam eos ſolùm inter illiteratos confugere videmus, qui nullius honeſtæ rei ſibi conſcii ſunt, calamitatúmque omnium quibus premuntur cauſas à ſeipſis ad Fatum transferunt. Quæ quidem ſententia neque cum iis quæ evidentia ſunt conciliari poteſt, neque fide dignas probationes habet, cur ſic ſe res habeat, & præterea nihil in poteſtate noſtra relinquit; quo admiſſo quódnam magis incommodum ex quibuſvis affirmationibus inferri poterit? Quod enim cum iis quæ evidentia ſunt pugnet, ex hinc manifeſtum eſt, quod omnes ferè & indocti & philoſophi perſuaſum habeant, quædam ſponte & caſu fieri, quædam etiam eorum quæ fiunt, contingenter fieri, eáque inter entia locum ſortiri, & nihilo magis hoc quàm illud. Quorum nihil defendi poſſibile eſt ex doctrina eorum qui omnia ex neceſſitate fieri aſſerunt, modò per [defendere] non intelligatur, movere & mutare ea, ad quæ ſignificanda vocabula imponi creditum eſt. Neque enim novas ſignificationes nominibus ſufficere, & nominibus iiſdem manentibus, ſignificata etiam eadem manere putare, eorum eſt qui ſalva tuentur ea quæ proponunt. Non enim ſalvum manet, fieri caſu aliqua, ſi quis fortuitorum naturam ex rebus tollens, iis quæ ex neceſſitate fiunt,

Fortunæ nomen imponat, ſed ſi demonſtrare potuerit, ea ſalva manere, de quibus caſus vocabulum prædicari creditum eſt.

§ VIII. Quod vero inter omnes homines, communibus & naturalibus notionibus adhærentes affirmatur, hæc caſu & ſponte fieri, quæ obveniunt iis cauſis quæ aliarum quarundam rerum principaliter effectrices ſunt. Cùm enim illi quod alterius rei gratiâ ſuſcipitur, non obveniat illud, cujus gratiâ ſuſceptum eſt, ſed aliud quippiam, quod prorſus non ſperabatur, hoc planè fortuitò factum eſſe dicitur, ut quod per ſe quidem ſine cauſa evenerit, per accidens verò cauſam habuerit id, quod ad aliud aliquod producendum fiebat. Et quòd tale quicquam caſu fieri omnes dicant ex iis manifeſtum eſt, quæ ut exempla ponuntur eorum quæ caſu fiunt. Theſaurum enim aiunt caſu inveniſſe aliquem, ſi alterius rei gratiâ fodiens, & non ut theſaurum inveniat, in theſaurum incidat: Qui enim ejus inveniendi gratiâ fodit, non illum caſu invenit; cujus enim rei gratiâ fodit, illud ei obvenit. Cui vero ne cogitanti quidem de inventione theſauri, facienti verò quod facit, alterius rei gratiâ, obvenit theſauri inventio, quaſi finis ipſi propoſitus (cùm revera non fuerit) hunc caſu theſaurum inveniſſe omnes conſentiunt. Sic & pecuniam eum caſu reportaſſe dicunt, cùm alterius rei

τοῖς γινομένοις ἐξ ἀνάγκης τὴν τύχην, ἀλλ' ἂν αὐτὰ δεῖξαι δυνηθῇ σώζεσθαι, ἐφ' ὧν τὸ τῆς τύχης ὄνομα κατηγορεῖσθαι πεπίστευται.

Λέγεται δὴ πρὸς ἁπάντων ἀνθρώπων, κοιναῖς τε καὶ φυσικαῖς ἐννοίαις ἐμμενόντων, ταῦτα ἀπὸ τύχης τε καὶ τοῦ αὐτομάτου γίνεσθαι, ἃ αἰτίαις ἄλλων τινῶν ποιητικαῖς προηγουμέναις ἐπιγίνεται. Ὅταν γὰρ ἄλλου τινὸς χάριν γινομένῳ τινὶ μὴ τοῦτο ἀπαντήσῃ, οὗ χάριν ἐγίνετο, ἄλλο δὲ, ὃ τὴν ἀρχὴν μηδὲ ἠλπίζετο. τοῦτο ἀπὸ τύχης λέγεται γεγονέναι, καθ' αὑτὸ μὲν γεγονὸς ἀναιτίως, κατὰ συμβεβηκὸς δ' ἐσχηκὸς αἴτιον τὸ γενόμενον ἐπ' ἄλλου γενέσει τινός. Καὶ ὅτι τοιοῦτόν τι λέγουσι πάντες, τὸ γενόμενον ἀπὸ τύχης, δῆλον ἐξ ὧν ὑποβάλλουσι σημαινομένων, οἷς ἀπὸ τύχης φασὶ γίνεσθαι. θησαυρόν τε γὰρ φασιν ἀπὸ τύχης εὑρηκέναι τινὰ, ἂν ἄλλου χάριν ὀρύσσων τις, ἀλλ' οὐ τοῦ θησαυρὸν εὑρεῖν, θησαυρῷ περιπέσῃ. Ὁ μὲν γὰρ τούτου χάριν ὀρύσσων, οὐκ ἀπὸ τύχης· οὗ γὰρ χάριν ὤρυσσε, τοῦτο ἀπήντησεν αὐτῷ· ᾧ δὲ μηδὲν τῆς εὑρέσεως τοῦ θησαυροῦ ἔμελλε, ποιοῦντι δὲ ἄλλου τινὸς χάριν, ἡ εὕρεσις ἀπήντησεν, ὡς τέλος ἐκείνου, τοῦτον ἀπὸ τύχης τὸν θησαυρὸν εὑρηκέναι πάντες λέξουσιν. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἀργύριον ἀπὸ τύχης κεκομίσθαι τινὰ λέγουσιν, ὅταν εἰς τὴν ἀγορὰν προσελθὼν ἄλλου τινὸς χάριν, § VIII.

ἀργύριον ἔχοντι περιπεσὼν τῷ χρέως ᾖ, τὸ ὀφειλόμενον αὐτῷ λάβῃ· τῷ γὰρ προελθεῖν εἰς τὴν ἀγορὰν ἀπό τι προηγούμενον τέλος ἔχοντι, τὸ τὸ προσοφειλόμενον λαβεῖν ἀπάντησιν, ὡς τέλος κατὰ συμβεβηκὸς αὐτῷ γινόμενον, τὸ μὲν ποιητικὸν αἴτιον, τὸ δὲ τούτου τέλος· οὐ γὰρ ἀπὸ τύχης ἔτι λέγεταί τις τὸ ὀφειλόμενον εἰληφέναι, εἰ τούτου χάριν εἰς τὴν ἀγορὰν προῆλθεν, ὅτι τὸ προκείμενον αὐτῷ τέλος ἡ πρόοδος ἔσχεν. Καὶ ὁ ἵππος δὲ αὐτομάτως τισι λέγεται σεσῶσθαι, ὅταν τροφῆς μὲν ἐλπίδι, ἢ ἄλλου τινὸς χάριν, ἀποφύγῃ τοὺς κατέχοντας αὐτὸν, ἀπαντήσῃ δὲ αὐτοῦ τῇ φυγῇ καὶ τῷ δρόμῳ, τὸ τοῖς δεσπόταις περιπεσεῖν. Καί τι δεῖ ὑμῖν πλείω παραδείγματα κατατίθεσθαι ἢ ἀκριβολογεῖσθαι περὶ τῶν προειρημένων, ἱκανὸν γὰρ ὡς πρὸς τὰ προκείμενα τὸ δεῖξαι ἐφ' ὧν σημαινομένων τὰ ὀνόματα κατηγορεῖται τὰ εἰρημένα. Ὄντων δὴ τῶν ἀπὸ τύχης τε καὶ αὐτομάτως γινομένων τοιούτων, ὡς μὴ γίνεσθαι κατὰ προηγουμένην αἰτίαν (τὸ γὰρ σπανίως ἐπὶ τοῖς πρὸ αὐτῶν γεγονόσι ἁπάντων, τότε αὐτόματον, καὶ ἡ τύχη) πῶς ἂν σώζοιτό τι τῶν προειρημένων, καθ' οὓς πάντα προηγησαμένοις τισὶν αἰτίοις, καὶ προηγουμένοις ἐξ ἀνάγκης, ἔστι τε τὰ ὄντα, καὶ τὰ γινόμενα γίνεται, ἑκάστου

τῶν

gratiâ in forum profectus in debitorem pecuniam ſecum habentem inciderit, & ab eo debitum acceperit. Ei enim qui alium principalem finem ad forum proficiſcendi habuerit, obtigit ut debitum acciperet. Erátque hoc ut finis, per accidens ei obveniens, profectio quidem in forum efficiens cauſa, occurſus autem debitoris finis. Neque enim jam caſu debitum accepiſſe dicetur, ſi ejus accipiendi cauſâ in forum proceſſerit, quia finem ſibi propoſitum proceſſio iſta conſecuta eſt; Sed & equus ſponte ſervatus a quibuſdam dicitur, cùm pabuli ſpe aut alterius cujuſvis rei gratiâ eos qui eum detinuerint effugiat, accidítque ut in fuga & curſu in Dominorum ſuorum manus incidat. Quid verò opus eſt plura exempla adferre, aut de prædictis accuratius differere, ſatis enim eſt, quantum ad inſtitutum noſtrum ſpectat, monſtraſſe de quibus ſignificatis prædicta vocabula uſurpentur. Cùm igitur ſic ſe habeant ea quæ caſû & ſponte fiunt, quòd ſcilicet ex antecedenti cauſa principali non fiant (nam & ſpontaneum & caſus rectè dicetur id, quod iis quæ antecedunt rarò ſupervenit) quomodo quicquam prædictorum ſalvum erit ex ſententia eorum, quibus omnia & quæ ſunt & quæ fiunt, putantur eſſe & fieri ex cauſis quibuſdam antecedentibus & principalibus, iiſque cuncta ex neceſſitate agentibus, ſic ut ſingu-

la quæ fiunt cauſam aliquam præcedaneam habeant, quâ poſitâ vel factâ neceſſarium etiam eſt ea aut eſſe aut fieri, cùm nihil quidem ſalvum tueantur eorum quæ dicta ſunt: ſed tanquam pro imperio ſanciant Fortunæ nomen alteri cuidam rei accòmodari? ex eo enim quòd Fortunæ nomen non tollatur ab eo qui omnia ex neceſſitate fieri aſſerit, & ipſam quoque Fortunam non ſublatam concludere eorum eſt, qui & ſeipſos & auditores ſuos deludunt; ſic enim nihil obſtabit, quia idem dicatur eſſe Fatum & Fortuna, tantúmque aberit ut Fortuna è rerum natura tollatur, ut etiam omnia quæ fiunt, a foruna fieri concludatur. Sed enim nec in eo, quod Fortunam nomine tenus tueantur, eam ut cauſam agnoſcunt, dum interim negent aliqua ſic fieri, ut de iis verè dicatur, quòd Fortunâ aut ſponte fiant. Quid enim aliud faciunt ii, qui Fortunam aut ſpontaneum definiunt, cauſam humanæ ratiocinationi incognitam, quàm privatam aliquam Fortunæ ſignificationem introducentes eam pro imperio imponunt? Nam ſi ut hoc ſtabiliant dixerint homines ſponte ægrotare, quotieſcunque morbi cauſa ipſis incognita fuerit, hoc planè mendacium eſt. Non enim, cùm ſit aliqua cauſa, ſed ea ipſis ignota, homines ſic dicere ſolent, ſed de quibus perſuaſum habent ea ſine cauſa facta eſſe, de his affirmant, quòd ſponte

τῶν γινομένων αἴτιόν τι προκαταβεβλημένον ἔχοντος, οὐ ὄντος ἢ γεγονότος, ἀνάγκη καὶ αὐτὸ ἢ εἶναι ἢ γίνεσθαι, τοὺς, μηδὲν μὲν σώζοντας τῶν προειρημένων, κατ' ἄλλου δέ τινος τὸ τῆς τύχης νομοθετήσαντας ὄνομα; τῷ γὰρ μὴ ἀναιρεῖσθαι ἐκεῖνα ὑπὸ τοῦ πάντα ἐξ ἀνάγκης γίνεσθαι τιθεμένου, μηδὲ τὴν τύχην καὶ ἀναιρεῖσθαι λέγειν, σοφιζομένων ἐστὶν, ὁμοίως αὐτούς τε καὶ τοὺς ἀκούοντας αὐτῶν. Οὕτω μὲν γὰρ οὐδὲν κωλύσει λέγειν ταυτὸν εἱμαρμένην τε εἶναι καὶ τύχην, τοσοῦτον ἀποδεῖν τοῦ τὴν τύχην ἀναιρεῖν, ὡς καὶ πάντα τὰ γινόμενα γίνεσθαι λέγειν ἀπὸ τύχης. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τῷ τοὔνομα σώζειν τὸ τῆς τύχης ἔχον τὴν αἰτίαν, ἀλλ' ἔστι τῷ ἀναιρεῖν, τὸ οὕτω γίνεσθαί τινα, ὧν τὸ ἀπὸ τύχης τε καὶ αὐτόματον γίνεσθαι κατηγορεῖται. Τί γὰρ ἄλλο ποιοῦσιν, οἱ τὴν τύχην καὶ τὸ αὐτόματον ὁριζόμενοι, αἰτίαν ἄδηλον ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ, ἢ τύχης τι σημαινόμενον ἴδιον εἰσάγουσί τε καὶ νομοθετοῦσι; τὸ γὰρ εἰς τὴν τούτου σύστασιν χρήσασθαι τῷ λέγειν τινὰς αὐτομάτως νοσεῖν, ὅταν ἄδηλος ᾖ αὐτοῖς ἡ αἰτία τῆς νόσου, ψεῦδος. Οὐ γὰρ ὡς οὔσης μέν τινος αἰτίας, ἀδήλου δ' αὐτοῖς, οὕτω λέγουσιν, ἀλλ' ἐφ' ὧν ἐναντίως γεγονέναι πείθουσιν αὐτοὺς, ἐπὶ τούτων τὸ αὐτόματον κατηγοροῦσιν

Οὐ δεῖ γὰρ ἐφ' οὗ ζητοῦσι τὴν αἰτίαν, ὡς οὔσης, αὐτομάτως αὐτὸ γεγονέναι λέγειν, ἀλλ' οὐδ' ὃ πέπεισταί τις αὐτομάτως γεγονέναι, τούτου ζητεῖν τὴν αἰτίαν. Διὸ οὐκέτι οἱ ἰατροὶ περὶ τούτων οὕτω λέγουσιν, κἂν τυγχάνωσιν αὐτῶν ἔτι τὰς αἰτίας ἀγνοοῦντες. Οὐ γὰρ ἐφ' ὧν προειρήκαμεν, ὡς ἐπὶ πάντων ἀπὸ τύχης γίνεσθαι λεγομένων, ἀλλ' ἐπ' ἄλλων τινῶν κυριώτερος ὁ τοιοῦτος λόγος τῆς τύχης ἂν κατηγοροῖτο, περὶ ὧν οὐδεὶς ὡς ἀπὸ τύχης γινομένων εἶπέ ποτε. Τῆς μὲν γὰρ εὑρέσεως τοῦ θησαυροῦ, καὶ τοῦ τὸ ὀφειλόμενον λαβεῖν, οὐκ ἄδηλα ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ τὰ αἴτια, ἀλλὰ φανερὰ καὶ πρόδηλα. Τῆς μὲν γὰρ εὑρέσεως, τὸ ὀρύξαι, τοῦ δὲ τὸ ὀφειλόμενον λαβεῖν, τὸ εἰς τὴν ἀγορὰν προελθεῖν, οὔτε γὰρ ἂν ἐκεῖνος μὴ ὀρύσσων εὗρεν, οὔτε οὗτος μὴ προελθὼν τὸ ὀφλόμενον ἔλαβεν. Ἀλλ' ἔτι μὴ προηγούμενα τούτων αἴτια προειρημένα, ἀλλὰ ἄλλου τινὸς χάριν ἐγίνετο, διὰ τοῦτο ἀπὸ τύχης γίνεσθαι προείληπται. Ἄδηλα δὲ τὰ αἴτια ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ ἐκείνων μᾶλλον, ἃ κατά τινας ἀντιπαθείας γίνεσθαι πεπίστευται, ἀγνοουμένης τῆς αἰτίας δι' ἣν γίνεται. Οἷα περίαπτά τε τινα προσείληπται, οὐδεμίαν εὔλογον καὶ πιθανὴν αἰτίαν τοῦ ταῦτα ποιεῖν ἔχοντα. Ἔτι δὲ ἐπαοιδαί, καί τινες τοιαῦται μαγγανεῖαι,

τούτων

ſponte fiant. Nec enim oportet de eo, cujus quæ ſit cauſa quærunt (ſupponentes eſſe cauſam) pronunciare, ſponte illud fieri, ſed neque quod quiſpiam ſibi perſuaſit ſponte fieri, ejus cauſam inveſtigare. Quare nec medici de his ſic loquuntur, licet etiam cauſarum morborum ignari ſunt. Non enim ad prædicta illa, quæ ab omnibus dicuntur caſu fieri, pertinet iſta hujus vocabuli explicatio, ſed de iis multò magis propriè prædicatur, quæ nemo unquam mortalium a Fortuna fieri dixerit. Nam inventionis theſauri aut nummorum receptionis cauſæ non ſunt intellectui humano incognitæ, ſed manifeſtæ & claræ. Inventionis enim cauſa eſt, quòd quiſpiam foderit, receptionis vero debiti, quòd in forum proceſſerit. Neque enim ille, ſi non fodiſſet, invenerat, neque ille, ſi non proceſſiſſet, debitum acceperat, ſed quandoquidem prædictæ hæ non erant principales horum cauſæ, ſed ad alium aliquem finem dirigebantur, ideo a caſu hæc fieri credita ſunt Cùm illorum potius humano intellectui occultæ cauſæ dicantur, quæ per antipathias quaſdam ſeu naturales diffidentias fieri credita ſunt, cauſâ prorſus ignotâ, propter quam fiunt. Cujuſmodi credita ſunt amuleta quædam, quæ nullam rationabilem aut probabilem cauſam habent, cur tales effectus producant. Sic & incantationes, & aliquæ hujuſmodi magicæ operationes.

Harum

Harum enim cauſam occultam eſſe omnes agnoſcunt, ideoque eas ponunt in eorum claſſe, quorum cauſæ explicari nequeunt. Nemo autem horum aliquod forte fortunâ agere affirmat, cùm ea quæ faciunt ſingula, ſecundum aliquam determinatam cauſam facere agnoſcantur. Unde apparet fortuita ſic dici, non ex eo quòd cauſæ ſint occultæ, ſed quòd nulli principali & propriè dictæ cauſæ imputari poſſint.

§. IX. Et talia quidem ſunt quæ de fortuitis ab iis dicuntur, cum iis, quæ propoſita ſunt, ſatis convenientia. Quod vero contingentia quarundam rerum & in utramvis partem cadendi poſſibilitas ab iis, qui omnia ex neceſſitate fieri aiunt, tollatur, ex his manifeſtum eſt, quòd ea ſolum propriè contingere dicantur, in quibus etiam locum habet contingere ut non fiant, ut patet etiam ex uſu vocum harum: utrocunque res ceciderit. Quæ verò ſunt ex neceſſitate, ea non contingit non fieri. Per neceſſarium autem non intelligo id quod vi fit (neque de eo quiſpiam vocem uſurpet) ſed ea quæ ab aliquibus naturâ fiunt, quorum contraria impoſſibile eſt fieri. Et quomodo non abſurdum erit, & iis quæ manifeſta ſunt planè contrarium, neceſſitatem eouſque extenſam affirmare, ut nihil qualibet motione moveri poſſit, nemo quam libet ſui partem movere, quam motionem

quandoque

τούτων γὰρ ὁμολογεῖται μὲν ὑπὸ πάντων ἄδηλος εἶναι ἡ αἰτία, διὸ καὶ ἀναιτιολόγητα λέγουσιν αὐτά, οὐδεὶς δὲ ἀπὸ τύχης τούτων τι ποιεῖν λέγει, ὅτι πεπίστευται κατά τινα ὡρισμένην αἰτίαν, ἃ ποιεῖ, ποιεῖν· ὡς τῶν ἀπὸ τύχης, οὐ διὰ τὸ τῆς αἰτίας ἄδηλον, οὕτω γίνεσθαι λεγομένων, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀναίτιον, τῆς προηγουμένης τε καὶ κυρίως αἰτίας.

Καὶ τοιαῦτα μὲν τὰ ἐπὶ τῆς τύχης, §. IX. ὑπ' αὐτῶν λεγόμενα, καὶ οὕτω τοῖς κειμένοις συνᾴδοντα. Ὅτι δὲ καὶ τὸ ἐνδεχόμενόν τε, καὶ τὸ ὁπότερ' ἔτυχε γίνεσθαί τινα, ὑπὸ τῶν πάντα ἐξ ἀνάγκης γίνεσθαι λεγόντων, ἀναιρεῖται, αὐτόθεν πρόδηλον, εἴγε ταῦτα μὲν κυρίως ἐνδεχομένως γίνεσθαι λέγεται ἐφ' ὧν καὶ τὸ ἐνδέχεσθαι μὴ γενέσθαι χώραν ἔχει, ὡς καὶ αὐτὸ τὸ ὁπότερ' ἔτυχε λεγόμενον ποιεῖ γνώριμον. τὰ δ' ἐξ ἀνάγκης οὐκ ἐνδέχεται μὴ γενέσθαι. Λέγω δὲ τὸ ἀναγκαῖον, οὐκ ἐπὶ τοῦ βίᾳ γινομένου μὴ δὲ κατὰ τοῦτο τὶς εὐθυνέτω τοὔνομα, ἀλλ' ἐπὶ τῶν φύσει γινομένων ὑπό τινων, ὧν τὰ ἀντικείμενα ἀδύνατον εἴη γενέσθαι. Καί τοι πῶς οὐκ ἄτοπα, καὶ παρὰ τὰ ἐναργῆ, καὶ μέχρι τούτων τὴν ἀνάγκην προεληλυθέναι λέγειν, ὡς μήτε κινηθῆναί τινα δύνασθαι κίνησίν τινα, μήτε κινῆσαί τι τῶν αὐτῷ μερῶν, ἣν κίνησιν,

καὶ

καὶ μὴ κινεῖσθαι ποτὲ οἷόν τε ἦν, ἀλλὰ τὴν τυχοῦσαν τοῦ τραχήλου περιστροφὴν, καὶ τὴν δακτύλου τινὸς ἔκτασιν, καὶ τὸ ἐπᾶραι τὰ βλέφαρα, ἢ τι τῶν τοιούτων, προηγουμέναις τισὶν αἰτίαις ἑπόμενον, ἀλλ' ὡς ὑφ' ἡμῶν μὴ δύνασθαι γίνεσθαί ποτε; καὶ ταῦτα ὁρῶντας ἐν τοῖς οὖσί τε καὶ γινομένοις πολλὴν οὖσαν διαφορὰν τῶν πραγμάτων, ἐξ ἧς ῥᾴδιον ἦν μαθεῖν, ὅτι μὴ πάντα ἐνδέδεται ταῖς τοιαύταις αἰτίαις. Ὁρῶμεν γοῦν τὰ τῶν ὄντων, τὰ μέν τινα οὐδεμίαν ἔχοντα δύναμιν τῆς εἰς τὸ ἀντικείμενον τοῦ ἐν ᾧ ἐστι μεταβολῆς, τὰ δ' οὐδὲν μᾶλλον αὐτῶν ἐν τῷ ἀντικειμένῳ, ἢ ἐν ᾧ ἐστιν, εἶναι δυνάμενα· πῦρ μὲν γὰρ οὐκ οἷόν τε δέξασθαι ψυχρότητα, ἥτις ἐστὶν ἐναντία αὐτοῦ τῇ συμφύτῳ θερμότητι, ἀλλ' οὐδὲ χιὼν δέξαιτ' ἂν θερμότητα, χιὼν μένουσα, ὕδωρ δὲ, κἂν ᾖ ψυχρὸν, οὐκ ἀδύνατον ἀποβάλλον ταύτην, δέξασθαι τὴν ἐναντίαν αὐτῇ θερμότητα. Ὁμοίως δὲ καὶ τῷ αὐτῷ δυνατὸν καὶ τὸν καθεζόμενον στῆναι, καὶ τὸν κινούμενον ἠρεμῆσαι, καὶ τὸν λαλοῦντα σιγῆσαι, καὶ ἐπὶ μυρίων εὕροι τις ἂν δύναμίν τινα ἐνυπάρχουσαν, τῶν ἐναντίων δεκτικὴν, ὧν εἰ τὰ ἐξ ἀνάγκης ὄντα ἐν θατέρῳ οὐκ ἔχει δύναμιν τοῦ δέξασθαι τοῦ ἐν ᾧ ἐστι τὸ ἐναντίον, οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἂν εἴη, ἐν οἷς ἐστι τὰ καὶ τοῦ ἐναντίου αὐτοῖς δεκτικά. Εἰ δὲ μὴ ἐξ ἀνάγκης, ἐνδεχομένως. Τὸ δὲ ἐνδεχομένως ἔν τινι, οὕτως ἐστὶν

ἐν

quandoque poſſibile erat non fieri, ſed & quamcunque tolli converſionem, digitíque alicujus extenſionem, & palpebrarum elevationem, & ſimilia ex antecedentibus cauſis conſequi, tanquam a noſtra poteſtate fieri nunquam poſſent, eóſque hoc affirmare qui & in iis quæ ſunt & quæ fiunt, inſignes rerum differentias cernunt, unde facile erat didiciſſe quòd non omnia talibus cauſis ſubjaceant? Videmus igitur quædam eorum quæ ſunt nullam habere poteſtatem mutandi ſe in contrarium ab eo in quo ſunt ſtatum, quædam verò æquè poſſe in contrario eſſe, ac in eo in quo ſunt. Ignem enim impoſſible eſt frigiditatem capere, ut quæ contraria ſit nativæ ejus caliditati, ſed nec nix, quamdiu nix man ſerit, caliditatis receptiva eſt. Aqua autem quamvis ſit frigida, tamen poſſibile eſt ut abjectâ frigiditate, caliditatem ei contrariam recipiat. Similiter etiam poſſibile eſt eundem qui ſedet, ſtetiſſe, & eum qui movetur, quieviſſe, & loquentem tacuiſſe, & ita in aliis innumeris, facultatem aliquam contrariorum receptibilem ineſſe facilè reperies. In quorum alterutra parte ſiqua ſint, quæ ex neceſſitate facta, poteſtatem non habent recipiendi ejus in quo eſt, contrarium, neutiquam ſane neceſſitate fieri putanda ſunt, in quibus ſunt ea, quæ illius quod illis contrarium eſt, receptiva ſunt. Si verò non ſint ex neceſſitate, tunc plane contingenter fiunt. Illud verò contingenter cuivis ineſſe dicimus, quòd ita

in

in eo eſt, ut non ex neceſſitate, ſed ut contingenter in eo factum ſit. Quod verò contingenter in aliquo factum eſt, potuit etiam in eo factum non fuiſſe. Horum enim unumquodque ideo in eo eſt, in quo eſſe contingit, quia poſſibile erat in utrovis horum etiam contrarium fuiſſe. In quo verò jam eſt non ex neceſſitate ſimpliciter in eo eſt, cùm habeat poteſtatem ad contraria; ea verò quæ ſic ſunt in quibuſdam rebus non propter præcedaneas quaslibet cauſas, ea ad hæc ducentes, in iis planè contingens cernitur. Quocirca cùm omnia quæ ſunt pariter contrariorum ſuſceptibilia, contingenter inſint iis quibus inſunt, & non ſint in iis in quibus non ſunt, ſequitur innumera eſſe quæ contingenter & ſunt & fiunt Abſurdum enim eſt ſi quis ea ſimiliter & æqualiter ex neceſsitate cuivis ineſſe aſserat, quæ non ſunt receptiva eorum quæ ſunt contraria illis quibus inſunt, & ea itidem quæ nihilo magis quolibet tempore horum ſuſceptiva ſunt, quàm eorum quæ ſunt his contraria. Si enim ea quæ cuivis ex neceſſitate inſunt, contrariorum ei ſuſceptiva non ſint, ſequitur ea quæ ſunt ſuſceptiva contrarii, non ineſſe ex neceſſitate cui inſunt.

§. X. Si qui autem arguant ex eo, quòd omnia ſecundùm fatum fiant, non tolli poſſibile & contingens, illúdque ſic probent, quòd hoc ſit poſsibile quòd a nullo impeditur fieri,

cùm

ἐν αὐτῷ, ὡς οὐκ ἐξ ἀνάγκης, ἀλλ' ὡς ἐνδεχομένως ἐν αὐτῷ γεγονός. Τὸ δὲ ἐνδεχομένως γεγονὸς ἔν τινι, καὶ μὴ γεγονέναι ἐν αὐτῷ οἷόν τε ἦν. Ἔστι μὲν γὰρ ἕκαστον καὶ τούτων, ἐν ᾧ ὂν τυγχάνει, διότι ἦν ἐνδεχόμενον ἐν θατέρῳ αὐτῶν καὶ τὸ ἀντικείμενον εἶναι, ἐν ᾧ δ' ἔστι νῦν, οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἁπλῶς ἐστιν ἐν τούτῳ, διὰ τὴν πρὸς τὰ ἀντικείμενα δύναμιν, ἀλλὰ μὴν τὰ οὕτως ὄντα ἔν τισιν, οὐ διὰ αἰτίας τινὰς προκαταβεβλημένας, ἐξ ἀνάγκης εἰς ταῦτα ἀγούσας, ἐν αὐτοῖς ἐνδεχόμενόν ἐστιν, ὥστ' εἰ πάντα τὰ ὁμοίως τῶν ἀντικειμένων ὄντα δεκτικά, ἐνδεχομένως τε ἐστιν, ἐν οἷς ἐστιν, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν οἷς οὐκ ἔστι, μυρία ἂν εἴη τὰ ἐνδεχομένως ὄντα τε καὶ γινόμενα. Ἄτοπον γὰρ ὁμοίως ἐξ ἀνάγκης εἶναι λέγειν ἔν τινι τά τε ἀνεπίδεκτα τῶν ἐναντίων τούτοις ἐν οἷς ἐστι, καὶ τὰ μηδὲν μᾶλλον καθ' ὀντινοῦν χρόνον τούτων, ἢ τῶν ἐναντίων αὐτοῖς δεκτικά. Εἰ γὰρ τὰ ἐξ ἀνάγκης ὄντα ἔν τινι, ἀνεπίδεκτα τοῦ ἐναντίου αὐτῷ, τὰ ἐπιδεκτικὰ τοῦ ἐναντίου, οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἂν ἐν ᾧ ἐστιν, εἴη.

Τὸ δὲ λέγειν μὴ ἀναιρεῖσθαι πάν- §. X.
των γινομένων καθ' εἱμαρμένην τὸ δυνατόν τε καὶ ἐνδεχόμενον, τῷ δυνατὸν μὲν εἶναι γενέσθαι τοῦτο, ὃ ὑπ' οὐδενὸς κωλύεται γενέσθαι,

ἂν

ἂν μὴ γένηται, τῷ δὲ καθ' εἱμαρμένην γινομένων, οὐ κεκώλυται τὰ ἀντικείμενα γενέσθαι, διὸ καίτοι μὴ γινόμενα, ὅμως ἐστι δυνατὰ, καὶ τοῦ μὴ κεκωλῦσθαι γενέσθαι αὐτὰ ἀπόδειξιν φέρει, τὸ ἡμῖν τὰ κωλύοντα αὐτὰ ἄγνωστα εἶναι, πάντως μέν τινα ὄντα, ἃ γὰρ ἐστὶν αἴτια τοῦ γενέσθαι τὰ ἀντικείμενα αὐτοῖς καθ' εἱμαρμένην ταῦτα καὶ τοῦ μὴ γενέσθαι τούτοις αἴτια, εἴγε, ὥς φασιν, ἀδύνατον τῶν αὐτῶν περιεστώτων γίνεσθαι τὰ ἀντικείμενα, ἀλλ' ὅτι μὴ ἡμῖν ἐστι γνώριμά τινα, ἃ ἐστι, διὰ τοῦτο ἀκώλυτον αὐτῶν τὸ μὴ γίνεσθαι λέγουσιν, τὸ δὴ ταῦτα λέγειν, πῶς οὐ παιζόντων ἐστὶν ἐν οὐ παιδιᾶς λόγοις δεομένοις; Τὸ γὰρ ἡμᾶς ἀγνοεῖν, οὐδὲν πρὸς τὸ εἶναι ἢ μὴ εἶναι τὰ πράγματα, δῆλοι γὰρ εἰσιν οἱ λέγοντες οὕτως, ὡς τῇ ἡμετέρᾳ γνωρίσει τὸ δυνατὸν ἔσται κατ' αὐτοὺς τοῖς γὰρ γνωρίζειν αὐτῶν τὰ αἴτια δυναμένοις (οὗτοι δ' ἂν εἶεν οἱ μάντεις) οὐκ ἔσται δυνατὰ αὐτὰ τοῖς εἰδόσι δυνάμενα αὐτὰ κεκωλυκέναι, ἀγνοοῦσι δὲ ἡμῖν τὰ κωλύοντα δυνατὰ ἔσται σώζοντες δὲ τὴν τοῦ δυνατοῦ φύσιν οὕτως, ὡς εἰρήκαμεν, διὰ τοῦτο φασὶ μὴ δὲ τὰ γιγνόμενα καθ' εἱμαρμένην, καί τοι ἀπαραβάτως γινόμενα, ἐξ ἀνάγκης γίνεσθαι, ὅτι ἔστιν αὐτοῖς δυνατὸν γενέσθαι καὶ τὸ ἀντικείμενον, δυνατοῦ οὕτως λεγομένου ὡς προείρηται.

cũm non fiat, eorum vero quæ Fato fiunt contraria fieri non impediantur, ideóque licet non fiant, tamen poſſibilia ſunt, dein ea non impediri quin fiant hoc argumento demonſtrare aggrediantur, quòd nobis incognita ſint quæ impediant, cùm tamen ſint aliqua, quæ enim ſunt cauſæ ut contraria illis ex Fato fierent, cauſæ planè ſunt ut hæc illis non fiant, quandoquidem, ut illi aſſerunt, impoſſibile eſt poſitis iiſdem circumſtantiis contraria fieri, ſi, inquam, quòd nobis cognita non ſint quædam quæ ſunt, idcirco nihil obſtare arguant, quo minùs fiant, nónne hæc dicere, ludificari eſt, ídque in ſermonibus, ubi nullus ludicris locus eſt? Nihil enim refert ad id quòd res ſint vel non ſint, eas a nobis ignorari. Qui enim ſic arguunt, manifeſtum eſt, ex eorum ſententia pendere a noſtra cognitione ut ſit aliquid poſſibile. Nec igitur illis qui eorum cauſas norunt, quales ſunt vates, amplius poſſibilia erunt ea quorum ipſi norunt cauſas impedientes, nobis vero qui ignoramus ea obſtacula, poſſibilia erunt. Hoc illi quem diximus modo poſſibilis naturam defendentes, ſimiliter dicunt neque ea quæ ex Fato fiunt, quamvis immutabiliter facta, fieri ex neceſſitate, quòd etiam poſſibile eſt fieri id quod iis contrarium eſt, eâ nempe ſignificatione poſſibilis, quam prædiximus, ſed annon hæc, ut dixi, ludificantium

 ſunt,

ſunt, non eorum qui dogma ſeriò defendunt? Nec diſſimile eſt quod etiam dicunt propoſitionem hanc [erit cras pugna navalis] veram quidem eſſe poſſe, & non itidem neceſſariam. Neceſſarium enim eſſe id quod ſemper verum eſt, hæc verò propoſitio nondum eſt vera, ſed vera futura eſt cùm navalis pugna contigerit. Quòd ſi, inquiunt, non ſit hæc propoſitio neceſſaria, neque neceſſarium erit id, quod eâ ſignificatur, futuram ſcilicet ex neceſſitate navalem pugnam. Si autē non ſit hoc ex neceſſitate verum, cùm tamen verum ſit fore navalem pugnam, non vero ex neceſſitate, ſed contingenter, manifeſtum eſt, inquiunt, contingens reſpectu aliquorum quæ fiunt non tolli ab eo qui omnia Fato fieri affirmat. Nam & hoc etiam ludificantium eſt, ſimúlque ea de quibus loquuntur ignorantium. Neque enim omne quod ex neceſſitate fit neceſſarium erit, ſiquidem id quod neceſſariū eſt, eſt æternum. Quod enim ex neceſſitate fit, eo ipſo quòd fiat, æternum eſſe prohibeatur. Neque enim propoſitio illud affirmans eſt neceſſaria, ſiquidem id quod per eam ſignificatur non ſit tale: non enim omnis propoſitio in qua neceſſarium continetur, ſtatim neceſſaria eſt, non enim ex eo propoſitio neceſſaria eſſe judicatur, ſed ex eo quòd non poſſit ex vero in falſum mutari. Quod ſi ſic, nihil igitur vetat, veram eſſe propoſitionem

illam,

προείρηται. Ἀλλὰ ταῦτα μὴ παιζόντων, ὥσπερ εἶπον, ἐστὶν, ἀλλ' οὐ παεισαμένων δόγματι; ὅμοιον δὲ τούτῳ καὶ τὸ λέγειν, τὸ ἀξίωμα, τὸ ἔσται αὔριον ναυμαχία, ἀληθὲς μὲν εἶναι δύνασθαι, οὐ μέντοι καὶ ἀναγκαῖον, ἀναγκαῖον μὲν γὰρ τὸ ἀεὶ ἀληθὲς, τοῦτο δὲ οὐκέτ' ἀληθὲς μένει ἐπειδὰν ἡ ναυμαχία γένηται. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο ἀναγκαῖον, οὐδὲ τὸ ὑπ' αὐτοῦ σημαινόμενον, τὸ ἐξ ἀνάγκης ἔσεσθαι ναυμαχίαν. Εἰ δὲ ἔσται μὲν οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἀληθὲς, ἀληθοῦς ὄντος τοῦ ἔσεσθαι ναυμαχίαν, οὐκ ἐξ ἀνάγκης δὲ, ἐνδεχομένως, δηλονότι, εἰ δὲ ἐνδεχομένως, οὐκ ἀναιρεῖται τὸ ἐνδεχόμενον, (ὥς τινα γίνεσθαι) ὑπὸ τοῦ πάντα λέγοντος γίνεσθαι καθ' εἱμαρμένην. Πάλιν γὰρ καὶ τοῦτο ὁμοῦ παιζόντων ἐστὶ, ὁμοῦ δὲ ἀγνοούντων περὶ ὧν λέγουσι· οὔτε γὰρ πᾶν τὸ ἐξ ἀνάγκης γινόμενον ἀναγκαῖον, εἴγε τὸ μὲν ἀναγκαῖον ἀΐδιον, τὸ δὲ ἐξ ἀνάγκης γινόμενον, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ γίνεσθαι τοιοῦτο εἶναι κεκώλυται· οὔτε τὸ ἀξίωμα τὸ τοῦτο λέγον ἀναγκαῖον; εἴγε μὴ τὸ ὑπ' αὐτοῦ σημαινόμενον τοιοῦτο. Οὐ γὰρ πᾶν ἀξίωμα ἐν ᾧ τὸ ἀναγκαῖον περιέχεται, ἀναγκαῖον ἤδη, οὐ γὰρ ταύτῃ τὸ ἀναγκαῖον ἀξίωμα κρίνεται, ἀλλὰ τῷ μὴ μεταπίπτειν δύνασθαι εἰς ψεῦδος ἐξ ἀληθοῦς. Εἰ τοίνυν, μὴ ἀναγκαῖον οὐδὲν κεκώλυται ἀληθὲς εἶναι, ὡς τὸ ἔσται αὔριον ναυμαχία,

Εἰ γὰρ ὡς ἀναγκαῖον γινόμενον, διὰ τὴν τοῦ ἀναγκαίου προσθήκην, οὐκ ἀληθὲς, εἰ μὴ γίνοιτο ἀναγκαῖον τῇ τοῦ ἐξ ἀνάγκης προσθέσει, ἀληθὲς ἂν μένοι, ὁμοίως τῷ χωρὶς τῆς δὲ τῆς προσθήκης λεγομένῳ, ἀλλ' εἰ τοῦτ' ἀληθὲς, ἀληθὲς ἔσται, ἐνστάσης τῆς αὔριον, ἀξίωμα, τὸ ἐξ ἀνάγκης γεγονέναι ναυμαχίαν, εἰ δὲ ἐξ ἀνάγκης, οὐκ ἐνδεχομένως, καὶ γὰρ εἰ ἀληθὲς ὅτι, τὸ αὔριον ἔσται ναυμαχία, ἀεὶ γενέσθαι ναυμαχίαν καθ' εἱμαρμένην ἔσται, εἴγε, πάντα τὰ γινόμενα καθ' εἱμαρμένην, ἀλλ' εἰ καθ' εἱμαρμένην, ἀπαραβάτως, εἰ ἀπαραβάτως, οὐκ ἐνδέχεται μὴ γενέσθαι, ὃ δὲ οὐκ ἐνδέχεται μὴ γενέσθαι, τοῦτο ἀδύνατον μὴ γενέσθαι, ὃ δὲ ἀδύνατον μὴ γενέσθαι, πῶς οἷόν τε τοῦτο λέγειν ἐνδέχεσθαι καὶ μὴ γενέσθαι; τὸ γὰρ ἀδύνατον μὴ γενέσθαι, ἀναγκαῖον γενέσθαι. Πάντα ἄρα τὰ καθ' εἱμαρμένην γινόμενα, ἐξ ἀνάγκης ἔσται, κατ' αὐτοὺς, ἀλλ' οὐχὶ καὶ ἐνδεχομένως, ὡς παίζοντες λέγουσι.

§. XI: Ἀκολουθεῖ δὲ τῷ πάντα τὰ γινόμενα προκαταβεβλημέναις καὶ ὡρισμέναις καὶ προϋπαρχούσαις τισὶν αἰτίαις ἔσεσθαι, τὸ καὶ βουλεύεσθαι τοὺς ἀνθρώπους μάτην περὶ τῶν πρακτέων αὐτοῖς. Εἰ δὲ τὸ βουλεύεσθαι μάτην μάτην ἂν ἄνθρωπος εἴη βουλευτικός· Καί τοι εἰ μηδὲν μάτην ἡ φύσις

ποιεῖ

illam quæ neceſſaria non eſt, nempe, Cras mari pugnabitur. Si enim tanquam neceſſaria eſſet, cùm neceſſarii adjectione enuntietur, deſinet eſſe vera; ſi verò neceſſaria non fiat, ideo quod addatur ex neceſſitate fieri, manebit quidem vera æquè ac ſi ſine hac adjectione enuntiaretur. Quod ſi verum ſit, vera etiam erit, cùm craſtinus dies advenerit propoſitio illa, ex neceſſitate factam eſſe navalem pugnam (ſi autem ex neceſsitate, certè non contingenter: Quinimo ſi vera eſt ea enuntiatio, Cras mari pugnabitur, ſemper in Fatis erit fieri pugnam navalem) ſi autem ſic, tunc omnia ex Fato fiunt; & ſi ex Fato, inevitabiliter; ſi inevitabiliter, tunc non poſsunt non fieri. Quod vero non poteſt non fieri, hoc impoſsibile eſt non fieri. Quod vero impoſſibile eſt non fieri, quomodo illud dici poteſt poſſe non fieri? Quod enim impoſsibile eſt non fieri, neceſsarium eſt ut illud fiat. Omnia ergo ex Fato facta, ſecundùm eorum ſententiam, ex neceſsitate erunt, non autem contingenter, ut illi ludificantes affirmant.

§. XI. Huic item ſententiæ, quòd omnia quæ fiunt, ex priùs jactis, & determinatis & antecedentibus quibuſdam cauſis futura ſunt, conſequens eſt, ut homines de rebus agendis fruſtrà conſulant; ſi verò conſulere fruſtrà ſit, fruſtra quidem homo animal deliberativum factus eſt. Quòd ſi natura nihil eorum

quæ principaliter intendit, fruſtrà facit, hominem autem eſſe animal deliberativum principaliter à natura intenditur, non autem principaliter intentis per conſequentiam accidit, hinc quivis colligat non fruſtrà homines deliberativos factos eſſe. Quòd autem fruſtrà ſit deliberare ſi omnia ex neceſſitate fiant, facile erit cognitu iis, qui deliberandi uſum ſciunt. In conſueto autem eſt apud omnes, hoc hominum præ aliis animalibus naturale privilegium eſſe, quòd non, ut illa, ea quæ apparent ſequantur,, ſed à natura habeant phantaſiarum occurrentium judicem, qui de iis an eligenda ſint, judicium ferat, rationem ſcilicet, quâ utens, ſi apparentia poſt examinationem talia ſint, qualia priùs videbantur eſſe, conſentit repreſentationi, & ſic ea proſequitur, ſi verò diverſa appareant, & aliud quidvis magis eligendum judicetur, illud electura eſt, eo relicto quod initio ut eligendum apparebat Multa igitur à primis apparentiis aliena dein viſa, non manſere diutiùs, ut priùs erant, approbata, cùm a rationis judicio repudiata ſint. Unde & illa quæ facta quidem fuiſſent, quantum attinet ad judicium à phantaſia de iis factum ; facta non ſunt, quod de iis conſultavimus nos, ut qui & conſultandi, & ea quæ ex conſilio ſunt eligendi domini ſimus. Hinc igitur eſt, quòd non deliberamus de æternis, neque de

iis

ποιεῖ τῶν προηγουμένων, τὸ δὲ βουλευτικὸν εἶναι ζῶον τὸν ἄνθρωπον, προηγουμένως ὑπὸ τῆς φύσεως, ἀλλ᾽ οὐ κατ᾽ ἐπακολούθημά τι καὶ σύμπτωμα τοῖς προηγουμένως γινομένοις γίνοιτο, συνάγοιτο ἂν τὸ μὴ εἶναι μάτην τοὺς ἀνθρώπους βουλευτικούς. Ὅτι δὲ τὸ βουλεύεσθαι μάτην, πάντων γινομένων ἐξ ἀνάγκης, ῥᾷον γνῶναι, τὴν τοῦ βουλεύεσθαι χρείαν εἰδόσιν. Ὁμολογεῖται δὲ πρὸς ἁπάντων, τὸ τῶν ἄλλων ζώων τὸν ἄνθρωπον τοῦτο παρὰ τῆς φύσεως ἔχειν πλέον, τὸ μὴ ὁμοίως ἐκείνοις ταῖς φαντασίαις ἕπεσθαι, ἀλλ᾽ ἔχειν παρ᾽ αὐτῆς κριτὴν τῶν προσπιπτουσῶν φαντασιῶν, περί τινων ὡς αἱρετῶν, τὸν λόγον, ᾧ χρώμενος, εἰ μὲν ἐξεταζόμενα τὰ φαντασθέντα, οἷα τὴν ἀρχὴν ἐφάνη, καὶ ἔστι, συγκατατίθεταί τε τῇ φαντασίᾳ, καὶ οὕτω μέτεισιν αὐτά, εἰ δὲ ἀλλοῖα φαίνεται, ἢ ἄλλο τι ἂν αἱρετώτερον, ἐκεῖνο αἱρεῖται, καταλείπων τὸ τὴν ἀρχὴν ὡς αἱρετὸν αὐτῷ φανέν. Πολλὰ γοῦν τῶν πρώταις φαντασίαις ἡμῖν ἀλλοῖα δόξαντα, οὐκέτ᾽ ἔμεινεν ἐπὶ τῆς προλήψεως, ἐλέγξαντος αὐτὰ τοῦ λόγου. Διὸ πραχθέντα ἄν, ὅσον ἐπὶ τῇ αὐτῶν γινομένῃ φαντασίᾳ, διὰ τὸ βουλεύσασθαι περὶ αὐτῶν, οὐκ ἐπράχθη, ἡμῶν τοῦ τε βουλεύσασθαι, καὶ τῆς αἱρέσεως τῆς ἐκ τῆς βουλῆς, ὄντων κυρίων. Διὰ τοῦτο γοῦν, οὔτε περὶ τῶν ἀϊδίων βουλευόμεθα, οὔτε περὶ τῶν

ὁμολογουμένως γινομένων ἐξ ἀνάγκης, ὅτι μηδὲν ἡμῖν ἐκ τοῦ περὶ αὐτῶν βουλεύεσθαι περιγίνεται πλέον. Ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν ἐξ ἀνάγκης μὲν μὴ γινομένων, ἐπ' ἄλλοις δέ τισιν ὄντων βουλευόμεθα, ὅτι μηδὲ ἀπὸ τῆς περὶ ἐκείνων βουλῆς ὄφελός τι ἡμῖν, ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν ἡμῖν μὲν πρακτῶν, παρεληλυθότων δὲ, βουλευόμεθα, ὅτι μηδὲ τῇ περὶ τούτων βουλῇ πλέον τι ἡμῖν γίνεται. Βουλευόμεθα δὲ περὶ μόνων τῶν ὑφ' ἡμῶν τε πρακτῶν, καὶ μελλόντων. Δῆλον, ὡς ἕξοντές τι διὰ τοῦτο πλέον, εἰς τὴν αἵρεσίν τε, καὶ πρᾶξιν αὐτῶν. Εἰ γὰρ ἐν οἷς οὐδὲν ἡμῖν πλέον ἐκ τοῦ βουλεύεσθαι αὐτοῦ μόνου περιγίνεται, οὐ βουλευόμεθα, δῆλον ὡς ἐν οἷς βουλευόμεθα περὶ αὐτῶν, ἐπ' αὐτὸ τὸ βουλεύσασθαι περιγίνεται πλέον, ἢ περὶ τῶν ἄλλων βουλευομένοις περὶ ὧν προειρήκαμεν. Τί ποτ' οὖν τὸ περιγινόμενον ἐκ τῆς βουλῆς; τὸ ἔχοντας ἡμᾶς ἐξουσίαν τῆς αἱρέσεως τῶν πρακτέων, ὃ οὐκ ἂν ἐπράξαμεν μὴ βουλευσάμενοι (τὸ ἄλλο πράξαι ἂν, διὰ τὸ εἶξαι τῇ προσπεσούσῃ φαντασίᾳ) τοῦτο αἱρετώτερον ὑπὸ λόγου φανὲν, αἱρεῖσθαί τε καὶ πράττειν πρὸ ἐκείνου. Ὃ γίνοιτ' ἂν, εἰ μὴ πάντα πράττομεν κατηναγκασμένως, εἰ δὲ εἴη μὲν πάντα ἃ πράττομεν πράττοντες διά τινας αἰτίας προκαταβεβλημένας,

ὡς

iis quæ ex neceſſitate fieri in confeſſo eſt, quia nihil utilitatis ex tali conſultatione nobis oriri poteſt. Sed neque de iis conſultamus quæ licet non fiant ex neceſſitate, in aliorum tamen poteſtate ſunt, quia neque à conſultando de his quicquam nobis commodi exurgit. Sed nec de iis conſultamus quæ nos ipſi facimus, ſed jam præterita ſunt, quia neque ex tali conſultatione quicquam nobis emolumenti venit, verùm de iis ſolummodo deliberamus, quæ & in noſtra poteſtate, & futura ſunt, quia ſcilicet ex tali conſultatione aliquid lucraturi ſumus, in ordine ad electionem & executionem eorum. Si enim non conſultamus de iis ubi ſolâ conſultatione nihil proficimus, manifeſtum eſt plus nobis commodi ex conſultatione exſurgere in iis de quibus conſultamus, quàm ſi conſultaverimus de iis quæ prædicta ſunt. Quod igitur eſt quod conſultando lucramur? Hoc ſcilicet, quòd cùm nos poteſtatem eligendi ea quæ agenda ſunt habeamus, illud quod niſi conſultaverimus facturi non eramus (aliud quippe acturi, phantaſiæ obſecuti) jam rationi eligibilius viſum eligamus & faciamus præ altero. Quod quidem facile fieri poteſt, ſi non omnia ex neceſſitate facimus. Sed ſi omnia quæ facimus propter quaſdam priùs injectas cauſas faciamus,

eodem

eodem modo quo calefacit ignis, & lapis deorſum fertur, & cylindrus in declivi volvitur, quid quæſo nos conſultando de eo quod agendum eſt lucrabimur? Quod enim facturi eramus ſine conſultatione, id & poſt conſultationem facere neceſſe eſt. Sic ut nihil acquiratur nobis ex conſultatione præter ipſam conſultationem. At & hoc poſſumus facere circa ea quæ non ſunt noſtræ poteſtatis, non tamen facimus, quia inutile eſt. Inutilis igitur eſt conſultatio, etiam cùm eâ utamur cum expectatione ut aliquod nobis indè emolumenti exurgat. Unde ſequitur fruſtrà nobis à natura dari ut conſultativi ſimus. Quibus cùm addatur & eorum qui ſic diſputant & ferè omnium in commune philoſophorum ſententiam eſſe, nihil à natura fieri fruſtrà, tollentur ſtatim ea quibus conſequens eſt, fruſtrà nos eſſe conſultativos. Sequebatur autem hoc ex eo quòd nos eorum quæ ipſi facimus talem poteſtatem non habeamus, ut contraria facere poſſimus.

§. XII. Sublatâ autem, ut oſtenſum eſt, conſultatione, in eorum opinione tollitur etiam manifeſtè omne id quod in noſtra poteſtate eſt. Hoc enim ſenſu omnes quotquot ſuæ ſententiæ tuendæ affixi non ſunt, ſumſerunt id quod in noſtra poteſtate eſt, ut ſignificet & cujus nos & faciendi & non faciendi domini ſumus, non obſequentes externis quibuſvis

ὡς μηδεμίαν ἐξουσίαν ἔχειν τοῦ πρᾶξαι τὸ δέ τι, καὶ μὴ, ἀλλ' ἀφωρισμένως ἕκαστον πράττειν ὧν πράττομεν, παραπλησίως τῷ θερμαίνοντι πυρὶ καὶ τῷ λίθῳ τῷ καταφερομένῳ, καὶ τοῦ πρανοῦς κυλιομένῳ κυλίνδρῳ, τί πλέον ἡμῖν εἰς τὸ πράττειν ἐκ τοῦ βουλεύσασθαι περὶ τοῦ πραχθησομένου γίνεται; ὃ γὰρ ἂν ἐπράξαμεν μὴ βουλευσάμενοι, τοῦτο καὶ μετὰ τὸ βουλεύσασθαι πράττειν ἀνάγκη. Ὥς τ' οὐδὲν ἡμῖν πλέον ἐκ τοῦ βουλεύσασθαι αὐτοῦ τοῦ βουλεύσασθαι περιγίνεται. Ἀλλὰ μὲν τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῖν δυνάμενοι ποιεῖν, ὡς ἄχρηστον ὂν παρῃτούμεθα. Ἄχρηστον ἄρα τὸ βουλεύσασθαι, καὶ ἐφ' ὧν αὐτῷ ὥς τι χρήσιμον ἡμῖν παρεχομένῳ χρώμεθα. Οἷς εἵπετο τὸ μάτην ἡμῖν ὑπὸ τῆς φύσεως τοῦ βουλευτικοὺς εἶναι δεδόσθαι. Οἷς προστεθέντος, τοῦ αὐτοῖς γε τούτοις, καὶ κοινῶς πᾶσι σχεδὸν τοῖς φιλοσόφοις δοκοῦντος, τὸ μηδὲν ὑπὸ τῆς φύσεως γίνεσθαι μάτην, ἀναιροῖτο ἄν, οἷς εἵπετο τὸ μάτην ἡμᾶς εἶναι βουλευτικούς. Εἵπετο δὲ τοῦτο, τῷ τῶν πραττομένων ὑφ' ἡμῶν, μὴ ἔχειν ἡμᾶς τοιαύτην ἐξουσίαν, ὡς δύνασθαι τὰ ἀντικείμενα.

§. XII.

Ἀναιρουμένου δὲ, ὡς ἐδείχθη, τοῦ βουλεύσασθαι κατ' αὐτοὺς, ἀναιρεῖται καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν προδήλως. Τοῦτο γὰρ ἐφ' ἡμῖν πάντες, ὅσοι μὴ θέσει τινὶ παρίστανται, παρειλήφασιν εἶναι, οὗ ἡμεῖς μὲν καὶ τοῦ πραχθῆναι, καὶ τοῦ μὴ πραχθῆναι κύριοι, οὐχ ἑπόμενοι τισὶν ἔξωθεν

ἡμᾶς παρεστῶσιν αἰτίοις, οὐδὲ ἐνδιδόντες αὐτοὺς ᾗ ἐκεῖνα ἄγει. Καὶ ἡ προαίρεσις, τὸ ἴδιον ἔργον τῶν ἀνθρώπων περὶ ταυτό. Ἡ γὰρ ἐπὶ τὸ προκριθὲν ἐκ τῆς βουλῆς μετ᾽ ὀρέξεως ὁρμή, προαίρεσις. Διὸ οὐδὲ ἐπὶ τοῖς ἀναγκαίως γινομένοις ἡ προαίρεσις, οὔτε ἐπὶ τοῖς μὴ ἀναγκαίως μὲν, εἰ μὴ δι᾽ ἡμῶν, ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐν πᾶσι τοῖς δι᾽ ἡμῶν, ἀλλ᾽ ἐν τούτοις τοῖς γινομένοις δι᾽ ἡμῶν, ὧν ἡμεῖς τοῦ πρᾶξαι, καὶ τοῦ μὴ πρᾶξαι κύριοι. Ὁ γὰρ βουλευόμενος περί τινος, ἤτοι περὶ τοῦ δεῖν αὐτὸ πράττειν, ἢ μὴ πράττειν βουλεύεται, ἢ σπουδάζων ὡς περὶ ἀγαθοῦ τι, ζητεῖ δι᾽ ὧν ἂν τούτου τύχοι, κἂν μὲν ἀδυνάτῳ τινὶ ζητῶν τύχοι, κἂν μὲν ἀφίσταται, ἀφίσταται δὲ ὁμοίως καὶ τῶν δυνατῶν μὲν, οὐκ ὄντων δὲ ἐπ᾽ αὐτῷ, μένει δὲ ἐν τῇ περὶ τοῦ προκειμένου ζητήσει, ἕως ἂν ἐντύχῃ τινί, ὃ τὴν ἐξουσίαν αὐτὸς ἔχειν πέπεισται, μεθ᾽ ὃ παυσάμενος τοῦ βουλεύεσθαι, ὡς ἀναγαγὼν τὴν ζήτησιν ἐφ᾽ αὐτό, ὅ ἐστιν ἀρχὴ τῆς πράξεως, ἄρχεται τῆς πρὸς τὸ προκείμενον πράξεως. Γίνεται δὲ καὶ ἡ ζήτησις αὐτῷ ὡς ἐξουσίαν ἔχοντι τοῦ πράττειν καὶ τὰ ἀντικείμενα, καθ᾽ ἕκαστον γὰρ τῶν ὑπὸ τὴν βουλὴν ἡ ζήτησις βουλευομένῳ γίνεται. Πότερον τοῦτο, ἢ τὸ ἀντικείμενον αὐτῷ πρακτέον μοι, κἂν πάντα λέγῃ γίνεσθαι καθ᾽ εἱμαρμένην, ἐλέγχει γὰρ

ἡ

buſvis cauſis nos impellentibus, nec nos illis tradentes quò ille voluerint ducendos. Electio autem illa quæ proprium hominum opus eſt, hoc ſenſu accipitur, eſt enim electio motio animi cum deſiderio versùs illud quod præcedenti conſultatione appetendum judicavit. Nulla igitur electio eſt circa ea quæ neceſſitate fiunt, neque circa ea quæ licet neceſſaria non ſint, tamen non fiunt per nos, ſed neque circa omnia quæ per nos fiunt, ſed circa hæc tantùm quæ ut per nos fiunt, ita eorum nos domini ſumus ea vel agendi vel non agendi. Qui enim de re qualibet conſultat, vel an facere id vel non facere oporteat, conſultat, vel cupiens aliquid ſub ratione boni, quibus mediis illud adipiſcatur, quærit, & ſi dum quærit in impoſſibile aliquod incidat, ab eo abſcedit, & ſimiliter ab iis quæ poſſibilia ſunt, ſed non in ipſius poteſtate, abſcedit, perſtat autē in rei propoſitæ inquiſitione donec in aliquod medium incidat, cujus ipſe poteſtatem habere ſe confidit, & poſtea conſultare deſinit, ut qui jam quæſtionem perduxerit ad id quod eſt initium actionis. Fit autem ab eo hæc quæſtio ut qui poteſtatem habeat etiam contraria faciendi. In ſingulis enim eorum quæ ſub conſilium cadunt, hæc à conſultante quæſtio fit, utrum hoc vel contrarium a me faciendum ſit, ídque quamvis ille conſultet qui omnia fato fieri affirmat. Falſa: enim

enim eorum de actionibus opiniones veritas, eorum quæ ipſi faciunt, refellit. Quomodo igitur non abſurdum erit affirmare omnes communiter homines hunc errorem naturâ duce erraſſe: Quòd enim prædiximus hanc hominem in actionibus poteſtatem habere, ut poſſit ſe ad contrarium vertere, quódque non omne quod eligimus, priùs injectas cauſas habeat, per quas impoſſibile eſt id à nobis non eligi, ſufficienter demonſtrat pœnitentia, quæ ſæpenumero electiones noſtras ſequitur, tanquam enim in noſtra poteſtate fuerit & non elegiſſe & non feciſſe hoc, pœnitentiam agimus, nóſque ipſos erroris in conſultando accuſamus: Imò & ſi alios viderimus non rectè de agendis judicium facientes, eos itidem incuſamus ut peccatores. Aliorum etiam conſilium imploramus, ut qui in poteſtate noſtra eſſe ſentimus eos vel aſſumere ad conſilium vel non aſſumere, ut ſcilicet ex præſentia eorum quædam faciamus quæ aliter facturi non eramus. Quòd autem libertas arbitrii de iis enuncietur, quæ, vel eorum contraria eligere in noſtra poteſtate ſitum eſt, etiam ex ſeipſo notum eſt, et ſufficienter demonſtratum ex iis quæ prædiximus.

§. XIII. Quod cùm ita ſit, non tamen ii qui ex Fato fieri omnia affirmant, omnino tentant probare hoc cum ſententia ipſorum conciliari poſſe, ſciunt enim, ſi hoc tentarent, ſe impoſſibila aggreſſuros. Aliam

verò

ἢ ἐν τοῖς πρακτοῖς ἀλήθεια τὰς περὶ αὐτῶν ἡμαρτημένας δόξας. Ἣν πάντων κοινῶς πάντας ἀνθρώπους ὑπὸ τῆς φύσεως πεπλανῆσθαι, πῶς οὐκ ἄτοπον λέγειν; ὅτι γὰρ ταύτην ἔχειν τὴν ἐξουσίαν ἐν τοῖς πρακτοῖς περιειλήφαμεν, ὡς δύνασθαι διαιρεῖσθαι τὸ ἀντικείμενον, καὶ μὴ πᾶν ὃ αἱρούμεθα ἔχειν προκαταβεβλημένας αἰτίας, δι' ἃς οὐχ οἷόν τε ἡμᾶς μὴ τοῦτο αἱρεῖσθαι, ἱκανὴ δεῖξαι καὶ ἡ ἐπὶ τοῖς αἱρεθεῖσι γινομένη πολλάκις μετάνοια. Ὡς γὰρ ἐνὸν ἡμῖν, καὶ τὸ μὴ ᾑρεῖσθαι, καὶ μὴ πεπραχέναι τοῦτο, μετανοοῦμέν τε καὶ μεμφόμεθα αὑτοῖς τῆς περὶ τὴν βουλὴν ὀλιγωρίας. Ἀλλὰ κἂν ἄλλους ἴδοιμεν μὴ καλῶς περὶ τῶν πρακτέων διαλαμβάνοντας, κἀκείνοις ἐπικαλοῦμεν, οἷς ἁμαρτάνουσιν. Ἀξιοῦμεν δὲ συμβούλοις τοιοῖς δὲ χρῆσθαι, ὡς ἐφ' ἡμῖν ὂν τότε παραλαμβάνειν αὐτοὺς συμβούλους ὄντας, ἢ μὴ παραλαμβάνειν, ὡς πράξαι ἂν διὰ τὴν τῶν τοιούτων παρουσίαν ἄλλα καί τινα καὶ μὴ ταῦτα ἃ πράσσομεν. Ἀλλ' ὅτι μὲν τὸ ἐφ' ἡμῖν ἐπὶ τούτων κατηγορεῖται, ὧν ἐν ἡμῖν ἡ ἐξουσία τοῦ ἑλέσθαι, καὶ τὰ ἀντικείμενα, γνώριμον ὂν καὶ ἐξ αὐτοῦ, ἱκανὰ ὑπομνῆσαι καὶ τὰ προειρημένα.

§. XIII.

Τοιούτου δ' ὄντος αὐτοῦ, τὸ μὲν δεικνύναι τοῦτο σωζόμενον, κατὰ τοὺς πάντα λέγοντας γίνεσθαι καθ' εἱμαρμένην, οὐδὲ ἐπιχειροῦσι τὴν ἀρχήν, ἴσασι γὰρ ἐγχειρήσαντες ἀδυνάτοις, ὡς ἡ ἐπὶ τῆς τύχης ἄλλό τι

σημαινόμενον

σημαινόμενον ὑποθέντες τῷ τῆς τύχης ὀνόματι, παράγειν πειρῶνται τοὺς ἀκούοντας αὐτῶν, ὡς σώζοντες, καὶ αὐτοὶ τὸ ἀπὸ τύχης γίνεσθαί τινα. Οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν ποιοῦσιν, ἀναιροῦντες γὰρ τὸ ἐξουσίαν ἔχειν τὸν ἄνθρωπον τῆς αἱρέσεώς τε καὶ πράξεως τῶν ἀντικειμένων, λέγουσιν ἐφ' ἡμῖν εἶναι τὸ γινόμενον καὶ δι' ἡμῶν. Ἐπεὶ γάρ, φασι, τῶν ὄντων τε καὶ γινομένων αἱ φύσεις, ἕτεραί τε καὶ διάφοροι, οὐ γὰρ αἱ αὐταὶ τῶν ἐμψύχων τε καὶ τῶν ἀψύχων, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐμψύχων ἁπάντων αἱ αὐταὶ πάλιν, αἱ γὰρ κατ' εἶδος τῶν ὄντων διαφοραί, τὰς τῶν φύσεων αὐτῶν διαφορὰς δεικνύουσι, γίνεται δὲ τὰ ὑφ' ἑκάστου γινόμενα κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, τὰ μὲν ὑπὸ λίθου κατὰ τὴν λίθου, τὰ δ' ὑπὸ πυρὸς κατὰ τὴν πυρός, καὶ τὰ ὑπὸ ζώου κατὰ τὴν ὑπὸ ζώου, οὐδὲν μὲν τῶν κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ὑφ' ἑκάστου γινομένων, δύνασθαί φασιν ἄλλως ἔχειν, ἀλλ' ἕκαστον τῶν γινομένων ὑπ' αὐτῶν γίνεσθαι κατηναγκασμένως, κατ' ἀνάγκην οὐ τὴν ἐκ βίας, ἀλλ' ἐκ τοῦ μὴ δύνασθαι τὸ μή, πεφυκός, οὕτως ὄντων τῶν περιεστώτων τούτων, ὡς ἀδύνατον αὐτῷ μὴ περιεστάναι, καὶ ἀδύνατον τότε ἄλλως πως, καὶ μὴ οὕτω κινηθῆναι. Μή τε γὰρ τὸν λίθον, εἰ ἀπὸ ὕψους ἀφεθείη τινός, δύνασθαι μὴ φέρεσθαι κάτω, μηδενὸς ἐμποδίζοντος, τῷ βαρύτητα μὲν

ἔχειν

vero ſignificationem vocabulo Fortunæ ſubſtituentes, imponere auditoribus ſuis conantur, tanquam ipſi quædam a Fortuna fieri tuerentur. Sic etiam faciunt circa illud quod noſtræ poteſtatis dicitur : negantes enim hominem poteſtatem habere eligendi aut faciendi contraria, dicunt tamen id in noſtra poteſtate eſſe quod per nos aut concurſu noſtro fit. Cum enim, inquiunt eorum & quæ ſunt & quæ fiunt aliæ & aliæ ſunt naturæ (non enim eædem ſunt animatorum & inanimatorum naturæ, imo nec omnium animatorum, ſpecificæ enim earum differentiæ naturarum eorum differentias arguunt) omnia autem a ſingulis fiant ſecundum propriam cujuſque naturam, a lapide ſecundum lapidis, ab igne ſecundum ignis, ab animato ſecundum animati naturam, nihil ſane eorum quæ ſecundum propriam naturam a ſingulis fiunt, aliter ſe habere poſſe affirmant, ſed ſingula quæ fiunt neceſſario ab ipſis fieri, nec quidem ſecundum neceſſitatem quæ eſt per vim, ſed ex eo quod factum non potuerit non fieri, cum circumſtantiæ tales ſic diſponantur, ut impoſſibile ſit illi non habere tales circumſtantias, & impoſſibile ut ab iis alio quovis modo, & non ſic moveretur. Neque enim inquiunt, lapidem ſi e ſublimi mittatur, poſſe deorſum non ferri, ſi nihil impediat, ut qui gravitatem

in ſe habeat cui talis motio ſecundum naturam competit, quandocunque externæ etiam cauſæ ad hanc naturalem motionem lapidi concurrentes adſint, ut ex neceſſitate ſic ut natus eſt ferri, feratur. Imo & cauſas has ei omnino ex neceſſitate adeſſe, per quas tunc movetur; non ita ſolum ut non poſſit his præſentibus non moveri, ſed & ita ut ex necesſitate moveatur tunc, & ex Fato fiat talis motio per lapidem. Eodem etiam modo de cæteris concludunt, & ut in inanimatis res ſe habet, ſic etiam in animatis habere aiunt: eſſe enim aliquam animalibus naturalem motionem, eam nempe quæ fit ſecundum appetitum, omne enim animal, ut animal quod movetur, moveri ſecundum appetitum, motione quidem ex Fato per animal facta. Quæ cum ſic ſe habeant, & motiones & operationes omnes in mundo a Fato fiant, utpote per terram aliquæ, aliquæ per aerem, aliquæ per ignem, aliæ per aliud quidpiam, aliquæ vero etiam per animalia (tales autem ſunt motiones ſecundum appetitum) eas quæ per animalia fiunt, ex Fato in animalibus fieri dicunt: ac eodem modo ac alia omnia, quantum ad neceſſitatem attinet, cum externæ cauſæ ex neceſſitate etiam tunc debeant adeſſe, ita ut eadem animalia & ex

ſeipſis

ἔχειν αὐτὸν ἐν αὑτῷ, ταύτην δ᾽ εἶναι τῆς τοιαύτης κινήσεως κατὰ φύσιν, ὅταν καὶ τὰ ἔξωθεν αἴτια τὰ πρὸς τὴν κατὰ φύσιν κίνησιν τῷ λίθῳ συντελοῦντα παρῇ, ὡς ἐξ ἀνάγκης τὸν λίθον, ὡς πέφυκε, φέρεσθαι· πάντως δ᾽ αὐτῷ καὶ ἐξ ἀνάγκης παρεῖναι ταῦτα τὰ αἴτια, δι᾽ ἃ κινεῖται τότε. οὐ μόνον μὴ δυνάμενον μὴ κινεῖσθαι τούτων παρόντων, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀνάγκης κινεῖσθαι τότε, καὶ γίνεσθαι τὴν τοιαύτην κίνησιν ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης, διὰ τοῦ λίθου. ὁ δ᾽ αὐτὸς καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων λόγος· ὡς δὲ ἐπὶ τῶν ἀψύχων ἔχει, οὕτως καὶ ἐπὶ τῶν ζώων ἔχειν φασίν. εἶναι γάρ τινα καὶ τοῖς ζώοις κίνησιν κατὰ φύσιν, ταύτην δ᾽ εἶναι τὴν καθ᾽ ὁρμήν, πᾶν γὰρ ζῶον ὡς ζῶον κινούμενον, κινεῖσθαι καθ᾽ ὁρμὴν κίνησιν ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης διὰ ζώου γινομένην. οὕτω δὲ τούτων ἐχόντων, καὶ γινομένων ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης κινήσεών τε καὶ ἐνεργειῶν ἐν τῷ κόσμῳ, τῶν μὲν διὰ γῆς, ἂν οὕτω τύχῃ, τῶν δὲ δι᾽ ἀέρος, τῶν δὲ διὰ πυρός, τῶν δὲ δι᾽ ἄλλου τινός, γινομένων δέ τινων καὶ διὰ ζώων, (τοιαῦται δὲ αἱ καθ᾽ ὁρμὴν κινήσεις) τὰς διὰ τῶν ζώων, ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης γινομένας, ἐπὶ τοῖς ζώοις εἶναι λέγουσιν. ὁμοίως δὲ ὡς πρὸς τὸ ἀναγκαῖον τοῖς ἄλλοις γινομένας ἅπασι, τῷ δεῖν καὶ τοῖς ἐξ ἀνάγκης τὰ ἔξωθεν αἴτια παρεῖναι τότε, ὥς τι αὐτὰ τὴν ἐξ

ἑαυτῶν τε καὶ καθ' ὁρμὴν κίνησιν ἐξ ἀνάγκης οὕτω πως ἐνεργεῖν. ὅτι δὲ αὗται μὲν δι' ὁρμῆς τε καὶ συγκαταθέσεως, ἐκείνων δὲ αἱ μὲν διὰ βαρύτητα γίνονται, αἱ δὲ διὰ θερμότητα, αἱ δὲ κατ' ἄλλην τινὰ, ταύτην μὲν ἐπὶ τοῖς ζώοις λέγοντες, οὐκέτι δὲ ἐκείνων ἑκάστην τὴν μὲν ἐπὶ τῷ λίθῳ, τὴν δὲ ἐπὶ τῷ πυρὶ, καὶ τοιαύτη μὲν αὐτῶν ἡ περὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν δόξα, ὡς δι' ὀλίγων εἰπεῖν.

§.XIV. Ἔνεστι δ' ὁρᾶν εἰ ταῦτα λέγοντες, σώζουσι τὰς κοινὰς ἐπὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν πάντων ἀνθρώπων προλήψεις. Οἱ γὰρ ἀπαιτοῦντες αὐτοὺς πῶς οἷόν τε πάντων ὄντων καθ' εἱμαρμένην, τὸ ἐφ' ἡμῖν σώζεσθαι, οὐκ ὄνομα μόνον τοῦ ἐφ' ἡμῖν τιθέντες, τοῦτ' ἀπαιτοῦσιν, ἀλλὰ καὶ σημαινόμενον ἐκεῖνο τὸ αὐτεξούσιον. Διὰ γὰρ τὸ τοιοῦτον εἶναι τὸ ἐφ' ἡμῖν πεπιστεῦσθαι, εὐθύνουσι τοὺς ἐξ ἀνάγκης πάντα γίνεσθαι λέγοντες. Οἱ δὲ ὅτι δέον αὐτοῖς μὴ σώζεσθαι λέγειν, καὶ τοῦ μὴ σώζεσθαι ζητεῖν τε καὶ παρέχεσθαι τὰς αἰτίας, ἐπεὶ τοῦτο ἑώρων παντάπασιν ἄδοξόν τε ὂν, καὶ πολλὰ τῶν παρ' αὐτοῖς λεγόμενα περὶ τοῦ ἐφ'

ἡμῖν

ſeipſis & motione ab appetitu facta, ex neceſſitate operentur. Quoniam vero animalium motiones per appetitum, & conſenſum fiunt, inanimatorum vero aliquæ per caliditatem, aliquæ per aliam aliquam cauſam, hinc fit ut cum iſtam in animalium poteſtate eſſe dicant, non tamen de ſingulis aliis idem affirment, hanc ſcilicet in lapidis hanc in ignis poteſtate eſſe; & taliter quidem ſe habet, ut breviter dicam, eorum de eo quod eſt in noſtra poteſtate ſententia.

§. XIV. Videndum autem eſt an qui hæc dicunt, communes omnium hominum perſuaſiones de eo quod in noſtra eſt poteſtate ſalvas tueantur. Qui enim ab iis quærunt quomodo defendi poſſit ſi omnia Fato fiant, aliquid in noſtra poteſtate eſſe, non ad nomen tantum reſpicientes hoc quærunt, ſed ad illud quod vocabulo hoc ſignificatur, ſcilicet Liberum arbitrium. Nam quia tale eſſe credunt id quod in noſtra poteſtate dicitur, ideo eos culpant qui Fato omnia fieri aiunt. Hi vero Fati aſſertores cum deberent concludere, non poſſe defendi aliquid eſſe in noſtra poteſtate, & cauſas exquirere & reddere, cur non poſſit defendi, cumque hoc viderent omnimodo improbabile eſſe, itemque multa a ſeipſis dicta de eo quod eſt

in noſtra poteſtate, utque oſtenderent hoc ipſum cum doctrina de Fato conſentire, per æquivocationem putarunt auditoribus imponere, & effugere abſurda omnia, quæ eos, qui nihil in noſtra poteſtate eſſe dicunt, ſequuntur. Eos vero qui ſic loquuntur, merito quis primum interroget, quare cum aliud per alia a Fato fiat, & per propriam cujuſque naturam operetur Fatum, de aliis quibuſvis non affirment eſſe in eorum poteſtate, ſed ſolum de animantibus. Propter eaſdem enim rationes, quibus ducti affirmant in animalium poteſtate eſſe quæ per animalia fiunt, liceret etiam eadem de aliorum ſingulis dicere. Quia enim quæ ab animato fiunt, non alias fierent, niſi appetitu moveretur animal, eaque motio ab appetitu inde fiat, quod animal conſentiat, nec niſi conſentiat, fiat, hæc in animalis poteſtate eſſe dicunt, cum tamen ex neceſſitate ab eo fiant; non enim aliter quam fiunt, fieri potuere: cum autem non potuerint per alium quemvis, niſi per hunc fieri, neque alio modo quam hoc per illud, ideo ea in poteſtate animalis eſſe putant. Sed & hoc de aliorum ſingulis dicere licebat. Neque enim id quod ab igne fit, ab alio quovis fieri potuit, neque alio modo ab igne, niſi per calefactionem. Quare cum nec ali-

ter

ἡμῖν ὡς ἄν τι ταὐτὸ δεικνύναι ζωοδεῦον τῷ τῆς εἱμαρμένης λόγῳ, διὰ τῆς ὁμωνυμίας παρακρούεσθαι τοὺς ἀκούοντας ἡγοῦνται, φαίην τε τὰ ἄτοπα, ὅσα ἕπεται τοῖς μηδὲν ἐφ' ἡμῖν εἶναι λέγουσιν. ταῦτα δὲ λέγοντας αὐτοὺς πρῶτον μὲν ἂν ἀπαιτήσαι τις εὐλόγως, τί δή ποτε ἄλλου δι' ἄλλων γινομένου ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης, καὶ διὰ τῆς οἰκείας φύσεως τῶν ὄντων ἑκάστου τῆς εἱμαρμένης ἐνεργούσης, ὅτι μὲν τῶν ἄλλων οὐδενὸς τὸ ἐπ' αὐτοῖς εἶναι κατηγοροῦσιν, ὅτι δὲ τῶν ζώων μόνον; δι' ἃ γὰρ λέγουσιν ὅτι τῶν ζώων τὰ διὰ τοῦ ζώου γινόμενα, ταῦτ' ἔνεστι καὶ ὅτι τῶν ἄλλων ἑκάστου λέγειν. ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἄλλως γένοιτο τὰ διὰ τοῦ ζώου γινόμενα, μὴ ὁρμήσαντος τοῦ ζώου, ἀλλὰ διὰ τὸ συγκατατίθεσθαι μὲν τὸ ζῶον καὶ ὁρμῆσαι γίνεται, μὴ συγκατατεθεμένου δὲ οὐ γίνεται, ταῦτα ὅτι τῷ ζώῳ φασὶν εἶναι, ἐξ ἀνάγκης μὲν ἐσόμενα ὑπ' αὐτοῦ, οὐ γὰρ οἷόν τε ἄλλως, τῷ δὲ μὴ δύνασθαι δι' ἄλλου τινὸς, ἢ διὰ τούτου γίνεσθαι, μηδ' ἄλλως ἢ οὕτως διὰ τούτου, τῷ εἶναι αὐτὰ ὅτι τῷ ζώῳ εἰληφότες. ἀλλὰ τοῦτο γε καὶ ὅτι τῶν ἄλλων ἑκάστου λέγειν ἐστίν. οὔτε γὰρ τὸ διὰ τοῦ πυρὸς γινόμενον ὑπ' ἄλλου τινὸς ἂν γένοιτο, οὔτ' ἄλλως διὰ τοῦ πυρὸς ἢ διὰ τοῦ θερμαίνειν. ὥς τ' ἐπεὶ μηδ' ἄλ-

λως γένοιτο τὰ διὰ τοῦ πυρὸς γινόμενα, ἢ θερμαίνοντος τοῦ πυρὸς, καὶ θερμαίνοντος μὲν αὐτοῦ ἔσται, μὴ θερμαίνοντος δὲ οὐκ ἔσται, εἴη ἂν ἐπὶ τῷ πυρὶ ταῦτα. τὰ δ' αὐτὰ καὶ ὑφ' ἑκάστου τῶν ἄλλων ἔστι λέγειν. τί γὰρ δεῖ μακρολογεῖν, γεγονότος τοῦ λεγομένου γνωρίμου; ὀνομάτων μὲν οὖν οὐδεὶς φθόνος. τὸ δ' ἡγεῖσθαι πλέον τι τοῖς ζώοις διδόναι, ἐν τοῖς γινομένοις δι' αὐτῶν, παρὰ τ' ἄλλα δι' ὧν τί καὶ αὐτῶν γίνηται, μηδὲν πλέον τοῦ ἐπ' αὐτοῖς ὀνόματος προσθέντας αὐτοῖς, τοῦτ' αὐτὸ ἀπατέον, ὡς αὐτῶν ἀπατωμένων, διὰ τὴν τοῦ ὀνόματος κοινωνίαν, ἢ ὡς τοὺς ἄλλους ἀπατᾷν προαιρουμένων. Ἐπὶ τούτῳ δὲ, ἐκεῖνο ἄν τις αὐτῶν θαυμάσειεν, τί παθόντες ἐν τῇ ὁρμῇ τε καὶ συγκαταθέσει τὸ ἐφ' ἡμῖν φασιν εἶναι, διὸ καὶ ὁμοίως ἐν πᾶσι τοῖς ζώοις τηροῦσιν αὐτό. οὐ γὰρ τὸ ἐφ' ἡμῖν, ἐν τῷ φαντασίας προσπεσούσης εἶξαι τε ἐξ ἑαυτῶν τῇ φαντασίᾳ καὶ ὁρμῆσαι ἐπὶ τὸ φανὲν, ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἂν ἴσως εἴη τοῦ ἑκουσίου κατασκευαστικόν τε καὶ δεικτικόν. οὐ μὴν ταὐτὸ τό τε ἑκούσιον καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν. ἑκούσιον μὲν γὰρ, τὸ ἐξ ἀβιάστου γινόμενον συγκαταθέσεως, ἐφ' ἡμῖν δὲ τὸ γινόμενον μετὰ τῆς κατὰ λόγον τε καὶ κρίσιν συγκαταθέσεως. διὸ εἰ τί μὲν ἐφ' ἡ-

μῖν

ter fiant quæ ab igne fiunt, quam calefactione, & calefaciente igne futura ſint, non autem calefaciente igne futura non ſint, hæc etiam erunt in poteſtate ignis. Eademque etiam de aliorum ſingulis dici poterit. Quid enim pluribus verbis opus eſt, cum id quod dicitur notiſſimum ſit? De vocabulis nemini litem infero. Cum autem amplius aliquid ſe animalibus tribuere putent in iis quæ per ea fiunt, quam rebus aliis per quas ipſas quicquam fit, cum tamen nihil amplius ipſis reſervent præter nomen, hoc certe in illis culpandum eſt, ut qui falluntur vocabuli homonymia, aut alios decipere intendunt. Hoc autem in illis miretur quivis, quare in appetitu & conſenſu poni libertatem arbitrii affirment, ideoque in omnibus animalibus eam ponant. Libertas enim noſtra non conſiſtit in eo quod cum aliquid appareat, nos ex nobiſipſis obſequamur ei quod apparet, & impetu feramur ad id quod apparet, ſed hoc forte argumentum erit quo confirmetur actionem eſſe ſpontaneam. Verum non idem eſt Spontaneum & Quod in poteſtate noſtra ponitur. Spontaneum enim eſt quod fit conſenſu non vi extorto: ſed quod in poteſtate noſtra eſt, fit per conſenſum rationi & judicio obſecutum. Ideoque ſi quid in poteſtate

teſtate noſtra eſt, id ſane Spontaneum eſt, ſed non ſi quid ſpontaneum eſt, erit id etiam in noſtra poteſtate: ſponte enim agunt irrationalia etiam animalia, quæ ſecundum appetitum & conſenſum qui in ipſis eſt operantur, cum ſolius hominis proprium ſit ea quæ ab ipſo fiunt in ſua poteſtate habere. Hoc enim ad hominem pertinet qua rationalem, ut in ſe apparentiarum quæ ei obverſantur, & in univerſum faciendorum & non faciendorum, rationem judicem ſimul ac inventorem habeat. Quamobrem reliqua animalia quæ apparentiis ſolis obſequuntur, ab his habent conſenſuum & appetituum circa actiones, cauſas; Homo vero apparentiarum ipſi obverſantium ab extra rationem arbitrum habet, quid ſibi faciendum eſt, cujus ope earum ſingulas examinat, non ſolum an tales appareant quales apparent, ſed & an revera tales ſint: & ſi hac rationali inquiſitione aliud eſſe invenerit, quam quod apparet, non quia talis apparet, ideo eam eligit, ſed quia talis non eſt, qualis videtur eſſe, ei reſiſtit. Sic igitur ab iis ſæpenumero quæ dulcia apparent abſtinet, quamvis eorum deſiderio trahatur; quia ratio ei quod videtur non concinit, ut & quædam quæ utilia apparent declinat, quia rationi ſic viſum eſt:

Si

μὴν, τοῦτο καὶ ἑκούσιον, οὐ μὴν πᾶν τὸ ἑκούσιον ἐφ' ἡμῖν· ἑκουσίως μὲν γὰρ καὶ τὰ ἄλογα ζῶα, ὅσα κατὰ τὴν ὁρμήν τε καὶ συγκατάθεσιν τὴν ἐν αὐτοῖς ποιεῖ· τὸ δὲ ἐπ' αὐτῷ τεθεῖναι τῶν γινομένων ὑπ' αὐτοῦ, ἴδιον ἀνθρώπου. τοῦτο γάρ ἐστιν αὐτῷ τὸ εἶναι λογικῷ, τὸ ἔχειν ἐν αὐτῷ λόγον τῶν προσπιπτουσῶν φαντασιῶν καὶ ὅλως τῶν πρακτέων τε καὶ μὴ, κριτήν τε καὶ ἀρετήν. διὸ τὰ μὲν ἄλλα ζῶα οὐ εἴκει ταῖς φαντασίαις μόναις, κατ' αὐτὰς ἔχει τὴν συγκαταθέσεών τε καὶ τῶν κατὰ τὰς πράξεις ὁρμῶν αἰτίας, ὁ δὲ ἄνθρωπος ἔχει τῶν προσπιπτουσῶν ἔξωθεν αὐτῷ φαντασιῶν, περὶ τῶν πρακτέων, κριτὴν τὸν λόγον, ᾧ χρώμενος ἑκάστην αὐτῶν ἐξετάζει, μὴ μόνον εἰ φαίνεται τοιαύτη ὁποία φαίνεται, ἀλλὰ καὶ εἰ ἔστι· κἂν ἄρη ζητῶν κατὰ τὸν λόγον ἀλλοῖον αὐτῆς τοῦ φαίνεσθαι τὸ εἶναι, οὐ διότι τοιάδε τις φαίνεται συνεχώρησεν αὐτῇ, ἀλλ' ὅτι μὴ καὶ ἔστι τοιαύτη, ἐνίσταται πρὸς αὐτήν. οὕτω γοῦν καὶ ἡδέων τινῶν φαινομένων πολλάκις ἀπέχεται, καίτοι ἔχων ὄρεξιν αὐτῶν, ὅτι μὴ τὸν λόγον ἔχει τῷ φαινομένῳ συνᾴδοντα· ὁμοίως δὲ καὶ συμφέροντα φανέντα τινὰ παρῃτήσατο, ὅτι τῷ λόγῳ τοῦτο δόξαν.

εἰ δὲ τὸ ἐφ' ἡμῖν ἐςὶ ἐν τῇ λογικῇ
συγκαταθέσει, ἥ τις διὰ τοῦ βου-
λεύεσθαι γίνεται, οἱ δὲ ἐν τῇ συγκα-
ταθέσει τε καὶ ὁρμῇ φασιν εἶναι, ὅτι
καὶ ἀλόγως γίνεται, δῆλοι δι' ὧν
λέγουσι, ῥᾳθυμότερον περὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν
διαλαμβάνοντες, ὅτι ὅ, τι ποτ' ἐςὶν
αὐτῷ οὔτε ἔν τινι γίνεται, λέγουσιν.
Τὸ γὰρ εἶναι λογικὸν οὐδὲ ἄλλο ἐςὶ, ἢ
τὸ ἀρχὴν πράξεων εἶναι. ὡς γὰρ ἄλ-
λως ἄλλῳ τὸ εἶναι, τῷ μὲν ζώῳ ἐν τῷ
ὁρμητικῷ, τῷ δὲ πυρὶ ἐν τῷ θερμῷ
τε καὶ θερμαντικῷ, ἄλλῳ δὲ ἐν ἄλλῳ,
οὕτω δὲ τῷ ἀνθρώπῳ τῷ λογικῷ, ὃ
ἴσον ἐςὶ, τῷ ἐν αὐτῷ ἀρχὴν ἔχειν,
τοῦ καὶ ἕλεσθαί τι καὶ μή. καὶ τὸ
αὐτὸ ἄμφω, ὥστε ὁ τοῦτο ἀναιρῶν ἀν-
αιρεῖ τὸν ἄνθρωπον. ἐοίκασι δὲ πα-
ραλελοιπότες τὸν λόγον, ἐν τῇ ὁρμῇ
τὸ ἐφ' ἡμῖν τίθεσθαι. ὅτι μηκέτ' ἐν
τῷ βουλεύεσθαι λέγουσιν αὐτοῖς τὸ ἐφ'
ἡμῖν εἶναι, προχωρεῖ τὸ σόφισμα. ἐ-
πὶ μὲν γὰρ τῆς ὁρμῆς ἔχουσι λέ-
γειν, τὸ ἐπὶ τοῖς ζώοις εἶναι τὰ γι-
νόμενα καθ' ὁρμὴν, ὅτι μὴ οἷα τε
χωρὶς ὁρμῆς τὰ δι' αὐτῶν γινόμενα
ποιεῖν. εἰ δ' ἐν τῷ βουλεύεσθαι τὸ
ἐφ' ἡμῖν, ἔνθεν οὐκέτ' αὐτοῖς εἵ-
πετο τὸ μὴ δύνασθαι τὰ δι' ἀν-
θρώπω

Si autem libertas arbitrii in rationali approbatione ſita ſit, quæ conſultando fit, hi vero & in aſſenſu & in appetitu poſitam affirment, quoniam & ſine ratione fit, manifeſtum ex his eorum dictis eſt, eos de eo quod in noſtra poteſtate eſt, magis quam decet ſupine diſſerere: neque enim vel quid demum ſit, vel in quo verſetur exponunt. Eſſe enim rationale, nihil aliud eſt, quam actionum principium eſſe. Ut enim aliorum eſſentia in alio aliquo conſiſtit, animalis in motione ex appetitu, ignis in calido ſimul ac potentia calefaciendi, & ſic in aliis, ſic & hominis in rationis participatione, quæ idem valet, ac principium in ſeipſo habere vel aggrediendi aliquid, vel non. Hæc enim duo idem ſunt, ſic ut qui hoc abſtulerit, hominem auferat. Hi vero (qui contra libertatem arguunt) rationem plane omiſiſſe videntur, ut libertatem in appetitus motione ponant. Cum enim non amplius dicant in conſultativa facultate poni libertatem noſtram, fallacia procedit. Nam de motione ab appetitu dicere poſſunt, ea quæ ex ea motione fiunt eſſe in animalium poteſtate, quia non poſſunt ſine appetitu ea quæ fiunt ab ipſis, facere. Sed ſi libertas noſtra in conſultando verſetur, non amplius exinde conſequens foret,

foret, ea quæ ab homine fiunt, non poſſe aliter fieri; quia homo licet aptus ad conſultandum, non tamen omnia quæ per eum fiunt, conſulto facit: non enim omnia quæ facimus, ex conſilio facimus, ſed ſæpenumero quidem opportunitas non concedit tempus ut faciamus ea quæ ad conſultationem neceſſaria ſunt, ideoque ſine conſultatione quædam facimus. Sæpenumero etiam hoc ob ignaviam, aut aliam quamvis cauſam accidit. Si vero quædam ex conſilio, quædam ſine conſilio a nobis fiant, non jam locus erit dicendi ea quæ ex conſilio fiunt in hominis poteſtate eſſe, quia aliter nihil per hominem fieri poſſet. Nam ſi quædam cum conſilio facimus, quædam ſine conſilio, non jam ea quæ per nos fiunt, ita ſimpliciter fiunt ut quæ fiunt per animalia, aut per ignem, aut per gravia duo corpora. Quod ſi a natura poteſtatem habemus quædam ex conſultatione faciendi, manifeſtum etiam eſt poteſtatem nos habere, aliud aliquid ex conſilio faciendi, & non aliud præciſe, quod per conſultationem facere ſtatuimus.

§. XV. Illud vero quod aiunt, ſi cum eædem plane ſint circumſtantiæ, unus ſic, alter alio modo operetur, ex eo induci motum cujus nulla eſt cauſa, ideoque neminem

θρώπου γινόμενα ἄλλως γίνεσθαι, τῷ τὸν ἄνθρωπον ὄντα βουλευτικὸν, μὴ πάντα τὰ γινόμενα δι᾽ αὐτοῦ, βουλευόμενον ποιεῖν· οὐ γὰρ πάντα ἃ ποιοῦμεν βουλευσάμενοι ποιοῦμεν, ἀλλὰ πολλάκις μὲν οὐ συγχωροῦντος τοῦ καιροῦ τῶν πραχθῆναι δεόντων τῷ βουλεύσασθαι χρόνον, καὶ μὴ βουλευσάμενοί τινα ποιοῦμεν. πολλάκις δὲ καὶ δι᾽ ἀργίαν, ἤ τινα ἄλλην αἰτίαν. εἰ δὲ τὰ μὲν βουλευσαμένων ἡμῶν, τὰ δὲ καὶ μὴ βουλευσαμένων γίνεται, οὐκέτι χώραν ἔχει τὸ λέγειν, τὸ τὰ διὰ τοῦ βουλεύεσθαι γινόμενα ἐπὶ τῷ ἀνθρώπῳ εἶναι, τῷ μὴ δύνασθαι ἄλλως τι δι᾽ αὐτοῦ γίνεσθαι. ὥς τ᾽ οἱ τὰ μὲν βουλευσάμενοι, τὰ δὲ μὴ βουλευσάμενοι, ποιοῦμεν, οὐκ ἔσθ᾽ οὕτως τὰ δι᾽ ἡμῶν γινόμενα, ἁπλῶς γίνεται, ὡς τὰ γινόμενα διὰ τῶν ζώων, ἢ διὰ τοῦ πυρὸς, ἢ διὰ τῶν βαρέων δύο σωμάτων. εἰ δ᾽ ἔχομεν καὶ τοῦ βουλεύσασθαί τι ποιεῖν παρὰ τῆς φύσεως τὴν ἐξουσίαν, δῆλον ὡς ἔχοιμεν ἐξουσίαν καὶ τοῦ διὰ τοῦ βουλεύσασθαι ἄλλο τι πρᾶξαι, καὶ μὴ πάντως τοῦτο, ὃ καὶ βουλευσάμενοι ἦν ἂν βουλευοίμεθα.

Τὸ δὲ ἐπηχουμένων τῷ ἔθει τῶν αὐτῶν προεστώτων, ὅτε μὲν οὕτως ὅτε δὲ ἄλλως ἐνεργήσει τις, ἀναίτιον κίνησιν εἰσάγεσθαι, διὰ τοῦτο λέγειν μὴ δύνασθαι, §.XV.

τὸ

οὐ πράξει τις πρᾶξαι τὸ ἀντικείμενον, μήποτε καὶ αὐτὸ τῶν ὁμοίως τοῖς προειρημένοις προηγουμένων; οὐ γὰρ πάντως ἀεὶ τὰ γινόμενα κατὰ αἰτίαν ἔξωθεν ἔχει τοῦ γίνεσθαι τὴν αἰτίαν, διὰ γὰρ τὴν τοιαύτην ἐξουσίαν, ἔστι τι ἐφ' ἡμῖν, ὅτι τῶν οὕτω γινομένων ἡμεῖς ἐσμεν κύριοι. ἀλλ' οὐκ ἔξωθεν τις αἰτία. διὸ ἀναιτίως τὰ οὕτω γινόμενα γίνεται, παρ' ἡμῶν τὴν αἰτίαν ἔχοντα. ὁ γὰρ ἄνθρωπος ἀρχὴ καὶ αἰτία τῶν δι' αὐτοῦ γινομένων πράξεων, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ εἶναι ἀνθρώπῳ, τὸ τοῦ πράττειν οὕτως τὴν ἀρχὴν ἔχειν ἐν αὐτῷ, ὡς τῇ σφαίρᾳ τὸ κατὰ τοῦ πρανοῦς κυλιομένῃ φέρεσθαι. διὸ τῶν μὲν ἄλλων ἕκαστον ἕπεται ταῖς ἔξωθεν αὐτῷ προεστώσαις αἰτίαις, ὁ δ' ἄνθρωπος οὐχ, ὅτι ἐστὶν αὐτῷ τὸ εἶναι ἐν τῷ ἔχειν ἀρχήν τε καὶ αἰτίαν ἐν αὐτῷ, μὴ πάντως ἕπεσθαι τοῖς προεστῶσιν ἔξωθεν αὐτῷ· καὶ γὰρ ἡμῖν ἡ περὶ τῶν πρακτέων κρίσις, πρὸς ἕνα γινομένη σκοπὸν, ἴσως εἶχέ τινα λόγον τὸ ἀεὶ περὶ τῶν αὐτῶν ὁμοίως ἡμῖν γίνεσθαι τὰς κρίσεις. ἐπεὶ δ' οὐχ οὕτως ἔχει, (αἱρούμεθα γὰρ ἃ αἱρούμεθα, ποτὲ μὲν διὰ τὸ καλόν τι, ποτὲ δὲ διὰ τὸ ἡδὺ, ποτὲ δὲ διὰ τὸ συμφέρον, καὶ οὐ ταὐτὰ τούτων ποιητικά) ἐνδέχεται νῦν μὲν ἐπὶ τὸ καλὸν κινηθέντας ἡμᾶς τά-

δ

minem ejus quod fecerit, contrarium potuiſſe facere, nonne etiam hic error eſt prædictis par? Non enim ſemper ea quæ per cauſam fiunt, externam, cur fiant, cauſam habent: propter talem enim poteſtatem dicitur aliquid eſſe in noſtra poteſtate, quod eorum quæ ſic fiunt nos domini ſimus, non externa aliqua cauſa: Quare quæ hoc reſpectu nullam cauſam habent, a nobis tamen cauſam cur fiant habent. Homo enim principium & cauſa eſt actionum quæ per ipſum fiunt, & hoc eſt eſſe hominem, principium in ſe habere agendi taliter, ſicut hoc eſt eſſe globum, in declivi volutatum ferri. Quapropter alia ſingula exteriores cauſas ipſa obſidentes ſequuntur, non autem homo, quia eſſentia ejus conſiſtit in eo quod habeat principium & cauſam in ſeipſo, non autem in eo, quod ſequatur ea quæ eum extrinſecus obſident. Si enim noſtrum de agendis judicium ad unum ſcopum dirigeretur, cum aliqua ratione dici poteſt, ſimilia nobis de iiſdem, conſtanter judicia eſſe. Nunc vero cum ſecus res ſe habeat (quæ enim eligimus, aliquando propter honeſtum, aliquando autem propter voluptatem, aliquando propter utilitatem eligimus, & hæc non ſunt effectiva eorundem) fit ut, aliquando ad honeſtum incitati hæc omnibus

quæ nobis proponuntur præferamus, interdum alia, cum ad delectabile aut utile judicium verterimus. Ut enim ulteriorem aliquam cauſam non requirimus, propter quam terra ſecundum gravitatem quæ ei ineſt, deorſum feratur, aut ob quam quæ facit animal, ex appetitu facit, cum unumquodque eorum ex ſeipſo cauſam hanc ad ea quæ fiunt conferat, natura tale exiſtens: ſic neque in iis quæ a nobis alio tempore aliter fiunt ſub aliis circumſtantiis, alia cauſa requirenda eſt, præter ipſum hominem: Hoc enim erat hominem eſſe, principium ſcilicet & cauſam eſſe actionum quæ per ipſum fiunt. Si quis autem dicat etiam eos qui conſultarunt ei quod apparet conſentire, ideoque phantaſiam, æque ac alia animalia, ſequi, illud verum non eſt, neque enim phantaſia eſt omnis apparentia. Phantaſia enim ſimplex & ſine ratione, fit ab iis quæ nos extrinſecus feriunt, ſenſitivis operationibus ſimilis, quapropter in animalibus irrationalibus vim potiſſimum exerit. At apparent etiam aliqua quæ per rationem, vel per fallacem diſcurſum, cauſam quod ſic appareant, habent, qualia nemo phantaſias dixerit. Qui enim propter diſcurſum quem in conſultando habet, quidvis approbat, ipſe ſibi approbationis auctor eſt.

§ XVI.

δὲ τῶν πλειστώτων προκείμενα, αὖθις δὲ ἄλλα, πρὸς τὸ ἡδὺ ἢ τὸ συμφέρον τὴν ἀναφορὰν τῆς κρίσεως ποιουμένοις. ὡς γὰρ οὐ ζητοῦμεν ἄλλην τινὰ αἰτίαν δι' ἣν κατὰ βαρύτητα τὴν ἐν αὐτῇ ἡ γῆ φέρεται κάτω, ἢ δι' ἣν αἰτίαν ἃ πράσσει τὸ ζῶον, πράσσει καθ' ὁρμὴν, τῷ ταύτην ἕκαστον αὐτῶν τὴν αἰτίαν ἐξ αὐτοῦ πρὸς τὰ γινόμενα συντελεῖν, τοιοῦτον ὂν τὴν φύσιν, οὕτως οὐδ' ἐπὶ τῶν ὑφ' ἡμῶν ἄλλό τ' ἄλλως γινομένων ἐπὶ πλειστῶσι τοῖς ἄλλοις ἄλλην τινὰ αἰτίαν ἀπαιτητέον, παρ' αὐτὸν τὸν ἄνθρωπον· τοῦτο γὰρ ἦν τὸ ἀνθρώπῳ εἶναι, τὸ γὰρ ἀρχὴ καὶ αἰτία εἶναι τῶν δι' αὐτοῦ γινομένων πράξεων. τὸ δὲ λέγειν καὶ τοὺς βουλευσαμένους τῷ φαινομένῳ συγκατατίθεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν φαντασίαν ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ζώοις ἕπεσθαι, οὐκ ἀληθές· οὐ γὰρ φαντασία τὸ φαινόμενον πᾶν. ἡ μὲν γὰρ φαντασία ἁπλῆ τε καὶ χωρὶς λόγου ὑπὸ τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων γίνεται, ἐοικυῖα ταῖς αἰσθητικαῖς ἐνεργείαις, διὸ καὶ τὴν ἰσχὺν ἐν τοῖς ἀλόγοις ζώοις ἔχει μάλιστα. φαίνεται δέ τινα, καὶ διὰ λόγου τε καὶ παρασυλλογισμοῦ τὴν αἰτίαν τοῦ φαίνεσθαι λαμβάνοντα, ἃ οὐκέτ' ἄν τις φαντασίας λέγοι. ὁ γὰρ διὰ τοῦ γινόμενον παρ' αὐτῷ ἐν τῷ βουλεύεσθαι συλλογισμὸν, συγκαταθέμενός τινι, αὐτὸς αὐτῷ τῆς συγκαταθέσεως αἴτιος·

§. XVI. Ἀλλ' ὅτι μὲν οὔτε σώζουσι τὸ ἐφ' ἡμῖν, οἱ λέγοντες πάντα καθ' εἱμαρμένην, (οὐ γὰρ δεῖ οὐ ζητοῦμεν, εἰ σώζεται καὶ αὐτοῖς, τοῦτο σώζεσθαι, οἵγε καὶ αἰτίαν ἀποδιδόναι πειρῶνται, τοῦ μὴ δὲ τὴν ἀρχὴν δυνατὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα, οὐδὲ ἣν ἀποδιδόασιν αἰτίαν ἐπ' ἀναιρέσει τῆς τοιαύτης ἐξουσίας, ἀληθὴς, μὴ ἔχουσά τι ἄλογον,) ἐκ τῶν εἰρημένων γνώριμον. ἀλλὰ μὴν τοῖς ἀναιροῦσι τὸ εἶναί τι οὕτως ἐφ' ἡμῖν, ἕπεται τὸ συγχεῖν τε καὶ ἀνατρέπειν, ὅσον ἐπ' αὐτοῖς, τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον. Εἰ γὰρ ἐχόντων μὲν οὕτω τῶν πραγμάτων ὡς ἔχει, οὐδὲ γὰρ αὐτόν τινα πεῖσαι δυνατὸν μὴ πράττειν ἃ πράττουσιν, ὡς ἔχοντα τοῦ καὶ πράττειν αὐτὰ καὶ μὴ πράττειν τὴν ἐξουσίαν, μήτι γε τῶν ἄλλων τινά. τοσαύτην ἰσχὺν ἔχει τὸ ἀληθὲς, καὶ τὴν παρὰ τῶν γινομένων μαρτυρίαν ἐναργῆ. εἰ δὲ τούτων οὕτως ἐχόντων, ἰσχὺν αὐτῶν ἡ δόξα τοσαύτην λάβοι, ὡς πάντας ἀνθρώπους πιστεῦσαι, ὅτι ἡμεῖς μηδενὸς κύριοι, ἑπόμεθα δὲ τοῖς περιεστῶσιν ἀεὶ, τούτοις ἐνδιδόντες τε καὶ συγκατατιθέμενοι, καὶ πράττομέν τε ἃ πράττομεν τῷ πάντως ὀφείλειν ταῦτα πρᾶξαι, (μὴ γὰρ εἶναι δυνατὸν ἡμῖν, ὄντων τῶν περιεστώτων τοιούτων, ἄλλο τι ποιεῖν) οὐ πράττομέν τε πάλιν ὁμοίως, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἀντιβαίνειν τοῖς περιεστῶσιν ἔτι τοιούτοις, τί

ἄλλο

§. XVI. Quod autem illi qui omnia Fato fieri aſſerunt, libertatem arbitrii non retineant (neque enim concedendum illud integrum retineri, de quo quæſtio inter nos eſt an retineant, præſertim cum ipſi cauſam reddere conentur quod prorſus impoſſibile ſit, neque vera ſit cauſa illa quam reddunt, cur talem poteſtatem tollant, ſed probabilitate omni careat) manifeſtum eſt ex iis quæ dicta ſunt. Qui vero ſic a nobis libertatem arbitrii auferunt, conſequens eſt ut etiam vitam hominum, quantum in ipſis eſt, confundant & pervertant. Nam rebus ſic ſe habentibus, neque eorum cuivis perſuadere poſſibile eſt ut non faciat quæ facit, ut qui poteſtatem habeat faciendi vel non faciendi, neque quidem cuivis alteri. Tantam vim habet veritas, & a rebus ipſis evidens teſtimonium. Quod ſi iſtis ita ſe habentibus eam vim acquirat opinio eorum, ut ab omnibus fidem obtineat, nos nullius actionis dominos eſſe, at ſequi ea quæ nos circumſtant, his nos dedentes, & aſſentientes, facereque ea quæ facimus ideo quod debeamus ea facere, (non enim poſſibile eſſe nobis cum tales circumſtantiæ adſint, aliud quicquam facere) & ſimiliter alia non facere, quia impoſſibile eſt reſiſtere, poſitis talibus circumſtantiis, Quid

ex hinc aliud eventurum eſt, quam ut omnes homines propter hanc perſuaſionem, ea quidem valere jubeant, quæ labore aliquo aut cura conſtant, voluptates vero cum ignavia conjunctas eligant, ut qui cum ea omnino futura ſint quæ fieri debent, nihil ab ipſis boni reportaturi ſint. Cum igitur ſic diſpoſiti fuerint homines, cumque actiones his eorum ſententiis conſectaneæ ſint, (non enim propter falſitatem opinionis ipſorum aliter ſe res habituræ ſunt quam habent) quid aliud futurum eſt, quam quædam univerſalis honeſtarum rerum negligentia? (Talium enim omnium acquiſitio & poſſeſſio labore conſtat) approbatio vero malorum, ut quæ ſine labore & cum voluptate fiant. Ad quos quæ demum dicturi ſunt ii quorum ſententiis perſuaſi ad iſta devenerunt? Ad eos enim non immerito ſiquando ipſos culpaverint, dicturi ſunt, impoſſibile fuiſſe ut ipſi circumſtantiis talibus poſitis aliud quippiam facerent. Quomodo autem jure eos reprehenſuri ſunt ii, qui per hæc dogmata ipſos ſic facere docuerint? Imo potius neque objurgationes, neque ſupplicia, neque exhortatio, neque laus, neque aliud hujus generis quippiam naturam ſuam ex eorum ſententia retinebit: ſed & horum ſingula ex neceſſitate fa-

ctum

ἄλλο ἢ συμβήσεται ἂν πάντας ἀνθρώ-
ποις διὰ τὴν τοιάνδε πίστιν, τὰ μὲν ὅσα
μετὰ πόνου τινὸς καὶ φροντίδος γίνε-
ται, τούτοις μὲν χαίρειν λέγειν, αἱρεῖσθαι
δὲ τὰς μετὰ ῥαστώνης ἡδονάς; ὡς πάν-
τως ἐσομένων τῶν ὀφειλόντων γενέσθαι,
μηδὲν αὐτοὶ περὶ αὐτῶν ὦσι καλόν. οὕ-
τω δ' αὐτῶν διακειμένων, καὶ τῶν πεπρω-
μένων ἀκολουθούντων ταῖς αἱρέσεσιν
αὐτῶν, (οὐ γὰρ δὲ διὰ τὴν περὶ αὐτῶν
ἐψευσμένην πίστιν ἄλλως πως ἕξει τὰ
πράγματα, ὡς ἔχει) ἄλλό τι, ἢ τῶν μὲν
καλῶν παρὰ πάντων ὀλιγωρία τις ἔσται;
(πάντων γὰρ ἡ κτῆσίς τε καὶ παρου-
σία τῶν τοιούτων, μετὰ καμάτου περιγί-
νεται) τῶν δὲ κακῶν αἵρεσις, ἅτε γινο-
μένων μετὰ ῥαστώνης τε καὶ ἡδονῆς. πρὸς
οὓς τίς ἂν παρὰ τούτων εἴη λόγος, ὧν
πεισθέντες τοῖς δόγμασι ἦλθον ἐπὶ ταῦ-
τα; λέγοιεν ἂν γὰρ δικαίως πρὸς αὐ-
τοὺς, εἰ αἰτιῷντο αὐτοὺς, ὅτι μὴ οἷόν τε
ἦν αὐτοῖς, τῶν προεστώτων ὄντων τοιού-
των, ἀλλοῖόν τι πράττειν. οἷς πῶς ἐπι-
τιμήσουσιν εὐλόγως οἱ διὰ τῶν δογμά-
των τούτων αὐτοῖς διδάσκαλοι γεγο-
νότες; μᾶλλον δὲ οὔτε ἐπιτιμήσεις, οὔ-
τε κολάσεις, οὔτε προτροπὴ, οὔτε τι-
μὴ, οὔτ' ἄλλό τι τῶν τοιούτων τὴν οἰ-
κείαν σώσει κατ' αὐτοὺς φύσιν, ἀλλ'
ἔσται καὶ τούτων ἕκαστον γινόμενον κατ-

 ηναγκασμένως,

ἠναγκασμένως, ὥσπερ κἀκεῖνα, ἐφ' οἷς ταῦτα γίνεται. Πῶς γὰρ ἔτι Ἀλέξανδρος ὁ Πριάμου ἐν αἰτίᾳ εἴη, ὡς διαμαρτὼν περὶ τὴν τῆς Ἑλένης ἁρπαγήν; πῶς δ' ἂν Ἀγαμέμνων εὐλόγως αὑτοῦ καταψηφίζοιτο, λέγων, Οὐ δ' αὐτὸς ἀναίνομαι; εἰ μὲν γὰρ εἶχεν ἐξουσίαν ὑπεριδεῖν ἢ Ἀλέξανδρος τῶν τότε προεστώτων αὐτὸν παρακαλούντων ἐπὶ τὴν ἁρπαγήν, ἢ Μενέλαος τῶν ἀγανακτεῖν ἐπαιρόντων, ἢ Ἀγαμέμνων ἐφ' οἷς ὡς ἀναμάρτητος αὐτοῦ κατατρέχει, εὐλόγως ἂν ἦσαν ἐν αἰτίᾳ. εἰ δ' ἦν πάλαι καὶ προπάλαι, καὶ πρὸ τοῦ τὴν ἀρχήν τινα αὐτῶν γενέσθαι, ἀληθές, περὶ ἑκάστου προλεγόμενον τούτων ἕκαστον, ἐφ' οἷς ποιήσας εὐθύνεται, πῶς ἂν ἔτ' αὐτῶν τῶν γινομένων τὴν αἰτίαν ἔχοιεν; πῶς δέ τις ἐξηγήσεται, καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν εἶναι τάς τε ἀρετὰς καὶ κακίας; εἰ γὰρ οὕτως ἔτι δι' ἡμῶν, πῶς ἔτ' ἂν εὐλόγως, οἱ μὲν ἦσαν ἐν ἐπαίνοις, οἱ δὲ ἐν ψόγοις; οὐδὲν γὰρ ἀλλ' ἢ συνηγορείαν τοῖς κακοῖς τὸ δόγμα τοῦτο προξενεῖ. ὁρῶμεν γ' οὖν τῶν μὲν ἀγαθῶν τε καὶ καλῶν πράξεων οὐδένα τὴν εἱμαρμένην, οὐδὲ τὴν ἀνάγκην αἰτιώμενον, τοὺς δὲ κακοὺς δι' ἐκείνην τοιούτους εἶναι λέγοντας. ὃ πεπείσαντες καὶ τοὺς φιλοσόφους λέγειν, πῶς οὐ μετὰ παρρησίας αὐτοί γε ἐπὶ ταῦτα ἐλεύσονται, τοὺς δὲ ἄλλους περιτρέψουσιν;

Πῶς

ctum erit, ut & ea quibus hæc accidunt. Quomodo enim Alexander Priami filius ulterius culpandus erit, ut qui circa Helenæ raptum peccaverit? Quomodo Agamemnon ſeipſum condemnaverit, dicens; Non ipſe negaverim? ſi enim Alexander poteſtatem habuerit rejiciendi ea quæ eum circumambientia ad rapinam incitabant, aut ſi Menelaus ea quæ ad iram eum impellebant, aut Agamemnon ea de quibus ſe ut nocentem accuſant, jure quidem culpandi fuerant: ſi vero olim, & priuſquam olim, & antequam quiſquam ipſorum prorſus fieret, unumquodque horum quæ de quolibet ipſorum prædiximus, & de quibus reprehenſi ſunt qui ea faciebant, verum fuerit, qua quæſo ratione ab ea reprehendi poterant? Et quomodo quiſpiam explicabit in noſtra poteſtate eſſe virtutes & vitia? Si enim ita per nos fiant, quo demum jure quidam laudandi, quidam vituperandi erunt? Nihil enim niſi malis patrocinium hæc ſententia procurat. Videmus igitur bonas & pulchras actiones Fato aut neceſſitati a nemini imputari, Malos vero ſe tales eſſe dicere ex vi Fati; quod cum a Philoſophis etiam dici crediderint, quomodo non confidenter & ipſi ad talia procedent, & alios hortebuntur?

§ XVII.

§. XVII. Quomodo autem & qui hæc docent, Deorum de rebus humanis curam aut Providentiam tueri poterunt? Si enim Deorum apparitiones quas quibuſdam contigiſſe aiunt propter aliquam prius jactam cauſam factæ ſint, ſic ut antequam eorum quivis natus ſit, verum fuerit hunc quidem Diis curæ fore, illum non, quomodo quiſquam hoc Providentiam jure appellet, cum non ſecundum aliquod meritum fiat, ſed propter prius jactam aliquam neceſſitatem? Quomodo etiam defendi poterit eos erga Deos pios eſſe qui pii eſſe videntur, cum non ſit in poteſtate eorum ea quæ faciunt non facere? Quomodo autem plus illi quam alii a Diis quibus hoc fecerunt conſequentur, cum & horum principia antequam ipſi patifecerint, prius jacta ſunt? Quomodo etiam & divinatio non auferetur, ſublata utilitate omni quæ in divinatione exurgat? Quid enim diſcere a vatibus, vel propter quid hoc diſcere curet aliquis, ſi ea ſola aut nos diſcere ab illis, aut illi nobis indicare poſſent, quorum unumquodque diſcere nos & facere, aut non facere ante nativitatem noſtram neceſsitatis lege ſtatutum eſt? Neque enim in noſtra poteſtate eſt poſitum, ut ea quæ a Diis nobis prænuntiantur obſervemus, cum & horum

Πῶς δ' ἂν σώζοιεν τοιαῦτα λέγον- §.XVII
τες τὴν ὑπὸ τῶν θεῶν γινομένην τῶν θνητῶν πρόνοιαν; εἰ γὰρ αἵ τε τῶν θεῶν ἐπιφάνειαι, αἵ φασι γίνεσθαί τισι, κατά τινα γίνονται προκαταβεβλημένην αἰτίαν, ὡς περὶ τοῦ γενέσθαί τινα αὐτῶν ἀληθὲς εἶναι τὸ, τοῦδε μὲν ἔσεσθαί τινα ἐκ θεῶν κηδεμονίαν, τοῦδε δὲ μὴ, πῶς ἂν ἔτι τοῦτο, πρόνοιάν τις δικαίως λέγοι, τὴν οὐ κατ' ἀξίαν γινομένην, ἀλλὰ κατά τινα ἀνάγκην προκαταβεβλημένην; πῶς δ' ἂν σώζοιτο καὶ ἡ πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσέβεια τῶν εὐσεβεῖν δοκούντων; διότι μὴ ἐπ' αὐτοῖς ἦν, τὸ τοῦτο μὴ ποιεῖν οὕτω ποιούντων. γίνοιτο δ' ἂν καὶ παρὰ τῶν θεῶν εἰς οὓς γίνεταί τι παρὰ τοὺς ἄλλους πλέον, ὅτι καὶ τούτων ἦσαν αἱ ἀρχαὶ καὶ περὶ τοῦ τούτοις εἶναι προκαταβεβλημέναι; Πῶς δ' οὐκ ἀναιρεῖ ἂν καὶ μαντικὴν, τῆς ἀπὸ μαντικῆς χρείας ἀναιρουμένης; τί γὰρ ἂν ἢ μαθεῖν, ἢ διὰ τὸ μαθεῖν παρὰ τῶν μάντεων φυλάξασθαι ἄν τις, εἰ μόνα ταῦτα ἡμῖν τε μαθεῖν, ἐκείνοις τε μηνύσαι δυνατὸν, ὧν τοῦ μαθεῖν ἡμᾶς καὶ ποιῆσαι ἢ μὴ ποιῆσαί τι, ἕκαστον ἦν καὶ πρὸ τῆς ἡμετέρας γενέσεως καταναγκασμένον; τοῦ τε ἐμμένειν τοῖς ὑπὸ τῶν θεῶν προαγορευομένοις οὐχ ἡμεῖς κύριοι, τοῦ

τῶν ἐσομένων ὑφ' ἡμῶν προκαταβεβλῆσθαι τὰς αἰτίας.

§.XVIII. Ἀλλ' ὅτι μὲν τὸ δόγμα τοῦτο ἀνατροπῆς αἴτιον παντὸς τοῦ τῶν ἀνθρώπων βίου, παντί που μαθεῖν ῥᾴδιον. ὅτι δὲ καὶ ψεῦδος, ἱκανὸν μαρτύριον, τὸ μηδ' αὐτοὺς τοὺς προστάτας αὐτοῦ δύνασθαι πείθεσθαι τοῖς ὑφ' αὐτῶν λεγομένοις. οὕτω γὰρ ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις φυλάσσουσι τὸ ἐλεύθερόν τε, καὶ αὐτεξούσιον, ὡς μὴ ἀκούσαντές ποτε παρ' ἄλλου τοιούτου τινὸς δόγματος, τοῦτο δὲ προτρέπειν τινὰς πειρώμενοι, ὡς τοῦ τε ποιεῖν ἢ μὴ ποιεῖν τοῦτο τὴν ἐξουσίαν ἔχοντες αὐτοὶ, καὶ τῶν προτρεπομένων διὰ τοὺς παρ' αὐτῶν λόγους αἱρεῖσθαί τινα δυναμένων, ὧν ἔπραξαν ἂν τ' ἀναντία, τῶν σιωπώντων. τοῦτο δὲ ἐπιτιμῶντες καὶ ἐπιπλήττοντες τισὶν, ὡς οὐ τὰ προσήκοντα πράττουσιν. ἀλλὰ καὶ συγγράμματα πλείω καταλείπουσί τε καὶ συγγράφουσιν, δι' ὧν ἀξιοῦσι παιδεύειν τοὺς νέους, οὐχ ὡς κεκωλυμένοι τοῦτο συγγράφειν διὰ τὸ τὰ ὑφεστῶτα αὐτοῖς εἶναι τοιαῦτα, ἀλλ' ὡς ὂν μὲν ἐπ' αὐτοῖς συγγράφειν τε καὶ μὴ, αἱρούμενοι δὲ τὸ γράφειν διὰ φιλανθρωπίαν.

§.XIX. Ἐπαύσαντο δ' ἂν τῆς ἐν τοῖς λόγοις φιλοτιμίας καὶ συγχωρήσαιντο εἶναι τὸ ἐφ' ἡμῖν ἐλεύθερόν τε καὶ αὐτεξούσιον, καὶ

κύριον

rum quæ per nos futura ſunt cauſæ prius jactæ ſint.

§. XVIII. Sed & ſententiam hanc pervertendæ univerſæ hominum vitæ cauſam eſſe, facile quiſpiam diſcat. Quod autem & falſa ſit, ex hinc ſatis manifeſtum teſtimonium deducitur, quod patroni ejus ab iis quæ ipſi dicunt perſuaderi nequeant. Sic enim in omnibus ſermonibus Libertatem, & Id quod in noſtra poteſtate eſt tuentur, tanquam a nemine unquam tale aliquod dogma audierint; Partim dum hortari alios conantur, ut qui & poteſtatem habeant ipſi faciendi hoc aut non faciendi, & tanquam ii qui admonentur, poſsint quædam eligere per ſermones eorum, quorum contraria facturi erant iis ſilentibus: Partim dum reprehendunt & objurgant aliquos, tanquam ea quæ non decet facientes. Sed & libros plurimos relinquunt a ſe conſcriptos, quibus liberos inſtruere cupiunt, non ut qui ab hoc ſcribendo impediantur, ex eo quod talibus obſideantur circumſtantiis, ſed quia in ipſorum eſt poteſtate ſcribere vel non, ſcribere vero eligant ex amore generis humani.

§. XIX. Abſtinerent vero ab hoc contentioſo ſcribendi genere, & concederent eſſe in nobis libertatem, & poteſtatem, & domi-

dominium & eligendi & faciendi contraria, quicunque & a privatis & a legiſlatoribus crediti fuerint ex circumſtantiis rei geſtæ juſti fieri. Nempe cum quis dignus ſit ut ei ignoſcatur ex eo quod involuntarie aliquid fecerit, non in rem ipſam definita pœna, ſed in actionis modum. Quod quidem nec alius quivis nec ipſi hi, ut non recte inſtitutum, culpaturi ſunt. Quare autem aut ex ignorantia aut vi peccantibus minus digni eſſent venia ii, qui cum ſciant quid agant, non tamen in ſe poteſtatem habent, ſub talibus circumſtantiis, quas etiam ex neceſſitate iis adeſſe oportet, aliud quicquam præter id quod faciunt faciendi, ideo quod talis ſit eorum natura, ſitque ſecundum propriam ipſorum naturam quod ſingula faciant, quæ ex Fato faciunt, pari modo quo ponderoſis deſuper demiſſis, naturale eſt ferri deorſum, & globoſis cum de declivi mittantur, a ſe moveri. Simile enim hoc eſſet, ac ſi quis equum puniendum putaret, quod non ſit homo; & ita ſingula alia animalia, quod hanc, & non aliquam præſtantiorem animam habuerint. Sed ne Phalaris adeo ſævus & amens fuit, ut ob ea quæ hunc in modum fiunt, quenquam puniret. In quibus igitur rationi conſentaneæ ſunt pœnarum exactiones, & non

κύριον, τῆς τῶν ἀντικειμένων αἱρέσεώς τε καὶ πράξεως, ὅτι πείθουσιν ἄνθρωποι δικαιοι γίνεσθαι πεπεισμένοι, ὁμοίως ἰδιώταις τε καὶ νομοθέταις. ἔτι δὲ τοῦτο, τὸ συγγινώσκεσθαι μὲν ἀξίους εἶναι, τοὺς ἀκουσίως τοιοῦτόν τι πράξαντας, οὐχ ὡς ἐπὶ τῷ γινομένῳ πράγματι τῆς κολάσεως ὁριζομένης, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῷ τρόπῳ τῆς πράξεως. ὅπερ οὔτε τῶν ἄλλων τις, οὔτε αὐτῶν τούτων, ὡς οὐ καλῶς ἔχον, αἰτιᾶται. καί τοι τι τῶν δι᾽ ἄγνοιαν πραττομένων ἁμαρτανόντων ἢ βίᾳ, ἧττον ἂν εἶεν συγγνώμης ἄξιοι, εἰδότες μὲν ἃ πράττουσιν, οὐκ ἔχοντες δὲ ἐν αὐτοῖς τὴν ἐξουσίαν, τούτων αὐτοῖς περιεστώτων, ἃ πάντως αὐτοῖς καὶ ἐξ ἀνάγκης περιεστάναι δεῖ, ἀλλ᾽ ὅτι παρ᾽ ἃ πράττουσι, τὴν φύσιν αὐτῶν εἶναι τοιαύτην, καὶ εἴπερ τὸ κατὰ τὴν οἰκείαν αὐτοῖς φύσιν ἕκαστα πράττειν, ὧν πράττουσι καθ᾽ εἱμαρμένην, ὡς τοῖς βαρέσιν ἀφεθεῖσιν ἄνωθεν, τὸ φέρεσθαι κάτω, καὶ τοῖς περιφερέσι τὸ κατὰ τοῦ πρανοῦς, εἰ ἀφεθεῖεν ἀπ᾽ αὐτοῦ, κινεῖσθαι. ὅμοιον γὰρ τὸ τοῦ τὸν ἵππον κολάζειν ἀξιοῦν, ὅτι μὴ ἔστιν ἄνθρωπος, καὶ τῶν ἄλλων ζώων ἕκαστον, ὅτι ταύτης τῆς ψυχῆς καὶ μὴ βελτίονος τετύχηκέ τινος. ἀλλ᾽ οὐδεὶς Φάλαρις οὕτως ὠμός τε καὶ ἀνόητος, ὡς ἐπί τινι τῶν οὕτω γινομένων κολάζειν τὸν ποιήσαντα. ἐπὶ τίσιν οὖν αἱ κολάσεις εὔλογοι,

οὐκ

ὐκ ἐπ' ἄλλοις ποῖν; ὅτι τοῖς παρὰ τὴν αὐτῶν μοχθηρὰν αἵρεσιν γινομένοις. ἐφ' ὧν γὰρ αὐτοὶ τὴν ἐξουσίαν τῆς αἱρέσεως ἔχοντες, καταλιπόντες τὸν σκοπὸν τῶν πραττομένων ὑπ' αὐτῶν ποιεῖσθαι τό τε καλὸν καὶ τὸν νόμον, κέρδους χάριν, ἢ ἡδονῆς τινος, ὑφορῶντες ἐκείνων, πράττουσι τὰ φαῦλα, τούτοις ἀξίοις ἡγοῦνται κολάσεως πάντες ἄνθρωποι, συγγνώμην διδόντες τοῖς οὐχ οὕτως ἁμαρτάνουσιν. ὅρα δὴ πᾶσι κοῖς κακοῖς, τὸ θαυμαστὸν δόγμα τοῦτο παρὰ τῶν φιλοσόφων μαθοῦσιν, διδάσκειν τοὺς διδάσκοντας, ὅτι εἰσὶ καὶ αὐτοὶ συγγνώμης ἄξιοι οὐδὲν ἔλαττον, τῶν ἀκουσίως ἁμαρτανόντων. οὐ γὰρ ὑπό τινος ἔξωθεν καταναγκάζοντες αὐτοὺς, ποιοῦσιν, ὧν ἴσως ἐκείνην αὐτοῖς καὶ φυλάξασθαι. ἀλλ' ὑπὸ τῆς φύσεως τῆς ἐν αὐτοῖς, οὐδὲν οἷόν τ' ἐστὶ λαθόντας ποιῆσαι, ἥτις οὖν αὐτοῖς τοῖς ἁμαρτανομένοις αἴτιος. εἰ δ' οὔτ' ἄλλος τις οὐδ' ἔτι δόγματος τούτου κύειοι συγγνώμην δεῖεν τινὶ, ταύτην τῶν ἁμαρτανομένων φέροντι τὴν αἰτίαν, ὡς ψεύδεταί τι καὶ ψευδῆ λέγοντι, δῆλον ὡς ὑπὸ τούτων καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὁμοίως πιστεύεται, τὸ εἶναι τὸ ἐφ' ἡμῖν, οὐχ' οἷον ὑπὸ τούτων πλάσσεται, ὅταν εἰς τὸ πρόβλημα μελετῶντες λέγωσιν, ἀλλ' οἷα

non in aliis ? In iis quæ per hominum malignam electionem fiunt, Quicunque enim in quibus eligendi poteſtatem habent, propoſitum ſibi agendorum ſcopum (ut ſcilicet ea faciant quæ ſunt honeſta, & a lege præcepta) reliquerint, & lucri aut voluptatis alicujus gratia, ea deſpicientes, perpetraverint prava, hos omnes homines pœna dignos exiſtimant, cum tamen iis qui tali modo non peccaverint, veniam dent. Vide autem ut malis omnibus, qui hoc ſtupendum dogma a philoſophis diſcunt, inſtillent magiſtri hi, quod & ipſi non minus venia digni ſunt, quam qui inviti peccaverint. Non enim, inquiunt, ex aliqua vi eos extrinſecus cogente faciunt quæ faciunt, cum forte in eorum poteſtate fuerit ab iis caviſſe. Sed a natura quæ in ipſis eſt, nihil poſſibile eſt latenter fieri, Quæ igitur illis quidem peccandi cauſa erit? Si vero neque alius quivis, neque hi ipſi hujus ſententiæ authores cuiquam veniam daturi ſint, qui hanc delictorum cauſam adferret, ut qui mendacium, idque mendaciter diceret, Manifeſtum eſt hoc apud illos, ut & apud omnes alios in confeſſo eſſe, quod ſit aliquid in noſtra poteſtate. Non qualiter ab illis fingitur, cum de problemate hoc declamatorie diſſerant, ſed qualiter

ab illis intelligi debere, & hi ipſi & omnes homines factis teſtantur. Si enim rem ita ſe habere crederent, omnibus quidem peccantibus veniam darent, ut qui non habeant poteſtatem non faciendi omnia quæ faciunt.

§. XX. Quod vero ſit aliqua in nobis poteſtas, & non quicquam propter poteſtatem hanc ſine cauſa fiat, ex eo quod eorum quæ ſic fiunt homo ſit cauſa, ut qui ipſe principium ſit eorum quæ ab ipſo fiunt, quæ dicta ſunt ſufficienter demonſtrant. Satis etiam hoc ipſis perſuaſum eſt, qui contradicere conantur, qui omnia fere quæ faciunt facere non ſuſtinerent, ſi verum in his, de quibus diſſerunt, dicerent, id eſt, ſi crederent nihil eorum quæ a quibuſvis fiunt ſic fieri, ut non tunc temporis habeant poteſtatem illud non faciendi: ſi enim hoc ſemel creditum fuerit, impoſſibile erit quenquam laudare, cuivis conſulere, exhortari quenquam, Diis vota facere, iis gratias de beneficiis quibuſvis referre, aut aliud quidvis facere eorum quæ jure fieri debeant ab iis qui ſe ſingula quæ faciunt faciendi poteſtatem habere crediderint. Sed & ſine his non eſſet vitalis hominum vita, neque prorſus humana.

§. XXI. Sed nec illud ſine examine a nobis

εἶναι αὐτῷ δεῖν, διὰ τῶν ἔργων οὗτοί τε αὐτοὶ καὶ πάντες ἄνθρωποι μαρτυροῦσιν. εἰ γὰρ ἦσαν οὕτως ἔχειν πεπιστευκότες, συνεγίνωσκον ἂν πᾶσι τοῖς ἁμαρτάνουσιν, ὡς οὐκ ἔχουσι τοῦ μὴ πάντα πράττειν ἐξουσίαν.

Ἀλλ᾽ ὅτι μὲν ἔστι τις ἐφ᾽ ἡμῖν ἐξουσία, καὶ ἡ διὰ τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἀναιτίως τι γίνεται, τῷ τῶν οὕτω γινομένων αἴτιον τὸν ἄνθρωπον εἶναι, ἀρχὴν αὐτὸν ὄντα τῶν γινομένων ὑφ᾽ αὐτοῦ, ἱκανὰ μὲν δεῖξαι καὶ τὰ εἰρημένα. ἱκανῶς δ᾽ ἂν ἐπείσθησαν καὶ οἱ ἀντιλέγειν πρὸς αὐτὰ πειρώμενοι, οἱ μὴ ἂν πάντα πρὸς ὀλίγον ἃ πράττουσιν ὑπέμειναν πρᾶξαι, ὡς ἀληθεύοντες περὶ ὧν λέγουσιν, πιστεύοντες τῷ μηδὲν τῶν γινομένων, ὑπὸ τινῶν οὕτως γίνεσθαι, ὡς καὶ τοῦ μὴ πράττειν αὐτὸ τὴν ἐξουσίαν ἔχοντες τούτους. τῷ γὰρ τοῦτο πεπιστευμένῳ, οὐκ ἐπιτιμῆσαί τινι, οὐκ ἐπαινέσαι τινὰ, οὐ συμβουλεῦσαί τινι, οὐ προτρέψασθαί τινα, οὐκ εὔξασθαι θεοῖς, οὐ χάριν αὐτοῖς γνῶναι περί τινων, οὐκ ἄλλό τι ποιεῖν οἷόν τε τῶν ὀφειλομένων εὐλόγως γίνεσθαι ὑπὸ τῶν καὶ τοῦ ποιεῖν ἕκαστον ὧν ποιοῦσι τὴν ἐξουσίαν πεπιστευκότων. ἀλλὰ μὴν ἔξω τούτων, ἀβίωτος ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος, καὶ οὐδὲ τῆς ἀρχῆς ἀνθρώπων ἔτι. §.XX

Μηδὲ ἐκεῖνο δὲ ἡμῖν ἀνεξέταστον πα- §.XXI

παραλελείφθω, εἴ τις ὑποτίθοιτο μηδὲν μᾶλλον ἀληθὲς εἶναι τὸ εἶναί τι οὕτως ἐφ' ἡμῖν, ὡς ἡμεῖς τε ἀξιοῦμεν καὶ ἡ τῶν πραγμάτων φύσις ἔχειν μαρτυρεῖ, τοῦ πάντα ἐξ ἀνάγκης τε γίνεσθαι καὶ καθ' εἱμαρμένην, ἀλλ' εἶναι ἐπίσης ἑκάτερον, ἢ πιστὸν ἢ ἄδηλον αὐτὸ, πότερα δόξῃ πείθεσθαι τοῖς ἀνθρώποις ἀσφαλέστερόν τε καὶ ἀκινδυνότερον, καὶ ποῖον ψεῦδος αἱρετώτερον, πότερον, τὸ πάντων γινομένων καθ' εἱμαρμένην, τὰ μὴ οὕτως ἔχειν ὑπολαμβάνειν, ἀλλ' εἶναι καὶ ἡμᾶς τοῦ τι πρᾶξαι, ἢ μὴ πρᾶξαι κυρίους, ἢ ὄντος τινὸς καὶ ἐφ' ἡμῖν, οὕτως ὡς προειρήκαμεν, πεπεῖσθαι τὸ τοῦτο μὲν ψεῦδος εἶναι, πάντα δὲ καὶ τὰ ὑφ' ἡμῶν πραττόμενα κατὰ τὴν ἡμετέραν ἐξουσίαν γίνεσθαι κατηναγκασμένως· οὐ γνώριμον, ὅτι οἱ μὲν ἁπάντων γινομένων καθ' εἱμαρμένην, αὑτοὺς πείθοντες, ὡς ἐξουσίαν ἔχοντες τινῶν, τοῦ τε πράττειν αὐτὰ καὶ μὴ, οὐδὲν ἂν παρὰ τήνδε τὴν πίστιν ἐν τοῖς πραττομένοις, ἁμάρτοιεν; τῷ μηδὲ τὴν ἀρχὴν τῶν γινομένων τινὸς ὑφ' αὐτῶν εἶναι κύριοι. ὥσθ' ὁ κίνδυνος τῆς κατὰ τοῦτο διαμαρτίας πρόεισι μέχρι ῥημάτων. εἰ δέ γε ὄντος τινὸς καὶ ἐφ' ἡμῖν, καὶ μὴ πάντων γινομένων ἐξ ἀνάγκης, πεισθεῖμεν μὲν μηδενὸς ὄντας κυρίους, πολλὰ παραλείποιμεν τῶν δεόντως ἂν πραχθέντων ὑφ' ἡμῶν, καὶ διὰ τὸ βου-

λεύσασθαι

nobis omittendum eſt, Si quis ſupponat nihilo verius eſſe, quicquam in noſtra poteſtate eſſe (ut & nos putamus, & rerum natura ſic ſe habere teſtatur) quam ex neceſſitate & ſecundum Fatum fieri omnia, ſed eſſe utrumque æque aut probabile aut incertum, utri demum ſententiæ aſſentiri hominibus tutius ſit, & minus periculoſum, & utrum mendacium eligibilius ſit, nempe ſi omnia Fato fiant, illud non credere, ſed exiſtimare nos aliquid agendi aut non agendi dominos eſſe, an, ſi aliquid revera in noſtra poteſtate ſit, ut diximus, illud falſum eſſe credere, omnia vero etiam ea quæ a nobis fiunt ſecundum poteſtatem noſtram, fieri ex neceſſitate: Nonne manifeſtum eſt eos qui ſi omnia Fato fiant, ſibi tamen perſuadent ſe poteſtatem habere quædam faciendi aut non faciendi, nihil interim ex hac perſuaſione peccaturos eſſe in rebus agendis, quia ſcilicet nullius rei ab iis commiſſæ ipſi unquam domini fuerint? Quare ſi quod periculum in eo errore ſit, id intra verba conſiſtit. At vero ſi aliter ſe res habeat, & aliquid ſit noſtræ poteſtatis, nec cuncta fiant inevitabiliter, & nos credamus nullius actionis nos eſſe dominos, Multa ex hinc omiſſuri ſumus, quæ a nobis fieri debent, & quæ facta fuerant,

 tum

tum de iis conſultando, tum labores in iis faciendis alacriter tolerando, cum nos ad ea per nos facienda ignaviores facti ſimus ex eo quod credamus ſine cura noſtra circa res agendas futurum id quod fieri oportuit. His igitur ſic ſe habentibus manifeſtum eſt eligibilius eſſe ſapientiæ ſtudioſis ut & ipſi præferant, & ut aliis monſtrent viam hanc quæ a periculis remotior ſit.

§. XXII. His vero prius perſpectis, non abs re erit, ſi & ea quæ ipſi de Fato dicunt proponamus, viſuri an talem aliquam vim habeant, ut rationi conſonum ſit, propter eorum cum veritate affinitatem, ea quæ adeo manifeſta fuerint, deſpicere. Loquemur vero de his, quantum ad propoſitum noſtrum utile fuerit. Aiunt vero hi mundum cum ſit unus, & omnia in ſe entia comprehendat, ſimulque a natura & animali & rationali & intellectiva adminiſtretur, æternam rerum omnium gubernationem in ſe habere, ſecundum ſeriem aliquam & ordinem antecedentem, ſic ut priora poſteriorum cauſæ ſint, & hoc modo ſibi invicem devinciantur omnia, nec quicquam ſic in eo fiat, ut non aliud quippiam ipſi omnino conſequens ſit, & ut cauſæ connexum, nec quicquam eorum quæ poſterius fiunt ab anteceden-

tibus

λύεσθαι περὶ αὐτῶν, καὶ διὰ τοῦ τοὺς ἐπὶ τοῖς πραττομένοις καμάτους προθύμως ὑφίστασθαι, ἀργότεροι γινόμενοι, πρὸς τὸ δι' αὑτῶν τι ποιεῖν, διὰ τὴν πίστιν, τοῦ καὶ μηδὲν ἧττον τῶν πραγματευομένων περὶ τῶν πρακτέων, τὸ ὀφεῖλον γενέσθαι. οὕτω δὲ τούτων ἐχόντων, πρόδηλον ὡς αἱρετώτερον τοῖς φιλοσοφοῦσι τὴν ἀκινδυνοτέραν ὁδὸν αὐτούς τε αἱρεῖσθαι, καὶ τοὺς ἄλλους ἄγειν.

Οὐ χεῖρον δὲ τούτων προτεθεωρημένων, καὶ αὐτὰ τὰ περὶ τῆς εἱμαρμένης ὑπ' αὐτῶν λεγόμενα προσθεμένοις, ἰδεῖν εἴ τινα τοιαύτην ἔχοι βίαν, ὡς ἄλογον εἶναι, διὰ τὴν πρὸς τὸ ἀληθὲς οἰκειότητα, καὶ τῶν ἐναργῶν οὕτως ὑπερορᾶν. ἔσται δὲ, ἡμῖν καὶ ὁ περὶ τούτων λόγος ἐπὶ τοσοῦτον, ἐφόσον ἐστὶ χρήσιμος πρὸς τὰ προκείμενα. φασὶ δὴ τὸν κόσμον τόνδε ἕνα ὄντα, καὶ πάντα τὰ ὄντα ἐν αὐτῷ περιέχοντα, καὶ ὑπὸ φύσεως διοικούμενον ζωτικῆς τε, καὶ λογικῆς, καὶ νοερᾶς, ἔχειν τὴν τῶν ὄντων διοίκησιν ἀΐδιον κατὰ εἱρμόν τινα καὶ τάξιν προϊοῦσαν, τῶν πρώτων τοῖς μετὰ ταῦτα γινομένοις αἰτίων γινομένων, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ συνδεδεμένων ἁπάντων ἀλλήλοις, καὶ μήτε οὕτω τινὸς ἐν αὐτῷ γινομένου, ὡς μὴ πάντως ἐπακολουθεῖν αὐτῷ καὶ συνῆφθαι ὡς αἰτίῳ ἕτερόν τι, μήτ' ἂν τῶν ἐπιγινομένων τινὸς ἀπολελύσθαι δυναμένου §.XXII

ἢ προηγησαμένων, ὡς μὴ τινι ἐξ αὐτοῦ ἐπακολουθεῖν ἄλλο τι συνδεόμενον, ἀλλὰ παντί τε τῷ γινομένῳ ἕτερόν τι ἐπακολουθεῖν ἠρτημένον αὐτοῦ ἐξ ἀνάγκης ὡς αἰτίου, καὶ πᾶν τὸ γινόμενον ἔχειν τι πρὸ αὐτοῦ, ᾧ ὡς αἰτίῳ συνήρτηται. μηδὲν γὰρ ἀναιτίως μήτε εἶναι μήτε γίνεσθαι τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, διὰ τὸ μηδὲν εἶναι τῶν ἐν αὐτῷ ἀπολελυμένον τε καὶ κεχωρισμένον τῶν προγεγονότων ἁπάντων. διασπᾶσθαι γὰρ καὶ διαιρεῖσθαι, καὶ μηκέτι τὸν κόσμον ἕνα μένειν ἀεὶ, κατὰ μίαν τάξιν τε καὶ οἰκονομίαν διοικούμενον, εἰ ἀναίτιός τις εἰσάγοιτο κίνησις, ἣν εἰσάγεσθαι, εἰ μὴ πάντα τὰ ὄντα τε καὶ γινόμενα ἔχει τινὰ αἴτια προγεγονότα, οἷς ἐξ ἀνάγκης ἕπεται. ὅμοιόν τε εἶναι φασὶ καὶ ὁμοίως ἀδύνατον τὸ ἀναιτίως, τῷ γίνεσθαί τι ἐκ μὴ ὄντος. τοιαύτην δὲ οὖσαν τὴν τοῦ παντὸς διοίκησιν ἐξ ἀπείρου εἰς ἄπειρον ἐνεργῶς τε καὶ ἀκαταστρόφως γίνεσθαι. οὔσης δέ τινος διαφορᾶς ἐν τοῖς αἰτίοις, ἣν ἐκτιθέντες, [Μηδὲν ἀναίτιον] καταλέγουσιν, τὰ μὲν προκαταρκτικὰ, τὰ δὲ συναίτια, τὰ δὲ ἑκτικὰ, τὰ δὲ συνεκτικὰ, τὰ δὲ ἄλλο τι, (οὐδὲν γὰρ δεῖ τὸν λόγον μηκύνειν εἰς πάντα τὰ λεγόμενα, παρατιθεμένοις τὸ βούλημα αὐτῶν δεῖξαι τοῦ περὶ τῆς εἱμαρμένης δόγματος). ὄντων

tibus diſſolvi poſſit; ut non alicui ex iis conſequatur, ut cum eo conjunctum, ſed omnino ei quod fit aliud aliquod conſequens ſit, ab eo ex neceſſitate dependens, ut ex cauſa, & omne quod fit aliquid ante ſe habeat, cui ut cauſa connexum ſit. Nihil enim eorum quæ in mundo ſunt, ſine cauſa aut eſſe aut fieri, quia nihil ſolutum, & ſeparatum præcedentibus omnibus: Diſſipari enim & dividi, nec jam manere mundum, conſtanter unum, uno ordine ac œconomia gubernatum, ſi motio aliqua, quæ cauſam non habet, inducatur; induci autem eam, ſi non omnia quæ ſunt & fiunt cauſas aliquas præcedentes habeant, quas ipſa neceſſario ſequantur. Simile etiam eſſe aiunt, & æque impoſſibile, eſſe aliquid ſine cauſa, ac eſſe aliquid ex non ente. Talis autem cum ſit univerſi adminiſtratio, eam aiunt ex infinito in infinitum efficaciter & inevitabiliter fieri. Cum vero diverſæ ſint cauſæ, ut in explicatione dicti hujus [Nihil ſine cauſa eſt] affirmant, quædam principales, quædam ſociæ, quædam habituales, quædam comprehenſivæ, quædam aliter nuncupatæ (nihil enim opus eſt ſermonem protrahere ad omnia quæ dicuntur, cum propoſitum nobis ſit oſtendere quid ſibi velit eorum de Fato doctrina) cum in-

quam,

quam, plures ſint cauſæ, de ſingulis earum ex æquo verum eſſe dicant, impoſſibile eſſe, ut cum omnes eædem circumſtantiæ ſint, & circa cauſam & circa id cujus cauſa eſt, aliquando quidem non ſic contingat, aliquando ſic: Fore enim, ſi ita fiat, motionem aliquam ſine cauſa, Fatum vero ipſum, & naturam, & rationem, per quam univerſum adminiſtratur, Deum eſſe aiunt, exiſtentem in omnibus quæ ſunt & fiunt, & ita utentem propria omnium entium natura ad univerſi gubernationem. Et talis eſt, ut breviter dicam, ſententia eorum de Fato.

§. XXIII. Cujus falſitas non verbis aut refutationibus ab extra allatis indiget, ſed ex ſeipſa manifeſta eſt. Quæ enim verborum convictio manfeſtior afferri poteſt, quam quod non conveniant iis de quibus dicuntur. Quod igitur primo dicunt de cauſis videlicet eorum quæ ſunt, & quibuſdam eas ſequentibus, iiſque eo modo ad invicem implicatis, ut in Hac catena, ſecunda a primis pendeant (in quo quidem Fati eſſentiam poſitam exiſtimant) quam clare ab ipſis rebus diſcordat? Si enim filiorum cauſæ ſint parentes, & ſecundum proprietatem cujuſque exquirendæ ſint cauſæ, ſic ut homo hominis, equus equi ſit cauſa, cujuſnam quæſo, eorum

τῶν δὲ πλειόνων αἰτίων, ἐπίσης, ὅτι πάντων αὐτῶν ἀληθές φασιν εἶναι τὸ ἀδύνατον εἶναι, τῶν αὐτῶν ἁπάντων περιεστηκότων περί τε τὸ αἴτιον, καὶ ᾧ ἐστιν αἴτιον, ὅτε μὲν δὴ μὴ οὕτω συμβαίνειν, ὅτε δὲ οὕτως. ἔσεσθαι γάρ, εἰ οὕτω γίγνοιτο, ἀναίτιόν τινα κίνησιν. τὴν δὲ εἱμαρμένην αὐτὴν καὶ τὴν φύσιν, καὶ τὸν λόγον, καθ' ὃν διοικεῖται τὸ πᾶν, θεὸν εἶναι φασὶν, οὖσαν ἐν τοῖς οὖσί τε καὶ γινομένοις ἅπασιν, καὶ οὕτω χρωμένην ἁπάντων τῶν ὄντων τῇ οἰκείᾳ φύσει πρὸς τὴν τοῦ παντὸς οἰκονομίαν. καὶ τοιαύτη μὲν, ὡς διὰ βραχέων εἰπεῖν, ἡ περὶ τῆς εἱμαρμένης ὑπ' αὐτῶν καταβεβλημένη δόξα.

Ἔστι δὲ τὸ ψεῦδος τῶν λεγομένων οὐ §. XXIII
λόγων τινῶν, οὐδὲ ἐλέγχων ἔξωθεν δεόμενον, ἀλλ' αὐτόθεν γνώριμον. τίς γὰρ ἔλεγχος λόγου φανερώτερος τοῦ μὴ ἐφαρμόζειν τούτοις περὶ ὧν λέγεται. τὸ γοῦν πρῶτον εἰρημένον, ὥσπερ τῶν τῶν ὄντων αἰτίων τινῶν γινομένων μετὰ ταῦτα καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἐχομένων ἀλλήλων τῶν πραγμάτων, τῷ δίκην ἀλύσεως τοῖς πρώτοις συνηρτῆσθαι τὰ δεύτερα, ὃ ὥσπερ οὐσίαν τῆς εἱμαρμένης ἀποτίθενται, πῶς ἀπᾴδει τῶν πραγμάτων; εἰ γὰρ τῶν τέκνων οἱ πατέρες αἴτιοι, καὶ δεῖ κατ' οἰκειότητα τὰς αἰτίας ἀπαιτεῖν, ὡς ἀνθρώπου μὲν ἄνθρωπον αἴτιον εἶναι, ἵππου δὲ ἵππον, τίνος αἴτιοι

τῶν

τῶν μετ' αὐτοὺς, οἱ τὴν ἀρχὴν μηδὲ γή-
μαντες; τίνος δὲ οἱ παῖδες οἱ πρὸ τῆς
ἡλικίας διαφθαρέντες; πολλὰ γὰρ τῶν γι-
νομένων ὑπὸ τῆς κατὰ τὸ πόσον ἐλλείψεως,
ἃ μὴ κινηθέντα, ἢ φθαρέντα πρότερον,
οὐδενὸς ἔφθη γινόμενα, τῷ κατὰ τὴν ὑπάρ-
χουσαν δύναμιν αὐτοῖς, αἴτια. τίνος δὲ
ἐροῦσιν αἴτια τὰ ἔν τισι μέρεσι τοῦ σώ-
ματος γινόμενα περιττώματα; τίνος δὲ
τὰ τέρατά τε, καὶ γινόμενα παρὰ φύσιν;
ἃ τὴν ἀρχὴν οὐδὲ διαμένειν οἷά τε. εἰ δ'
ὁ μὲν φλοιὸς ἐν τοῖς φυτοῖς ἕνεκα τοῦ
περικαρπίου, τὸ δὲ περικάρπιον τοῦ καρποῦ
χάριν, καὶ ἀρδεύεται μὲν ἵνα τρέφηται,
τρέφεται δὲ ἵνα καρποφορῇ, ἀλλ' ἔστι γε
πολλὰ ἐν αὐτοῖς εὑρεῖν, καὶ μὴ τοῦτον
γινόμενα τὸν τρόπον. τίνος γὰρ ἄν τις
εἴποι τὰ σεσηπότα, καὶ τὰ ξηρὰ τῶν καρ-
πῶν αἴτια τῶν μετὰ ταῦτα; τίνος δὲ
τῶν φύλλων διδυμότητα; ἐξ ὧν φανερὸν
τοῖς ὁρᾶν τἀληθῆ βουλομένοις τε καὶ
δυναμένοις, ὅτι ὥσπερ οὐ πάντα δυνα-
τὸν ἐνεργεῖν, οὕτως οὐδὲ πᾶν ὃ ἂν γέ-
νοιτο αἴτιον, καὶ ἔστιν αἴτιον ἤδη, ἢ γέ-
γονεν, ἢ γενήσεται, ἀλλ' οὐδὲ πᾶν τὸ γεγο-
νὸς εὐθὺς τῷ εἶναι, ἤδη καὶ αἴτιόν ἐστιν ἐ-
σομένου τινός. τὸ δὴ ὁμόσε χωροῦντας μὴ
λέγειν καὶ ταῦτα, καταφεύγειν δὲ, ἐπὶ τῷ
ἄδηλον εἶναι τινὸς αἴτια, (ὥσπερ ἀμέλει καὶ
ἐπὶ τῆς προνοίας τῆς κατ' αὐτοὺς ἀναγκάζονται)
ποιεῖν

rum qui poſt ea ſunt, cauſæ erunt illi qui omnino non nupſerint? ut & pueri ante pubertatem defuncti? Multa enim eorum quæ fiunt propter defectum aliquem, vel non commota, vel prius extincta, nullius rei per poteſtatem aliquam ipſis inhærentem cauſæ ſunt. Cujuſnam autem cauſas eſſe dicent ſuperfluitates in quibuſdam corporis partibus ſuccreſcentes? Cujuſnam & prodigia, & ea quæ fiunt præter naturam, quæ durare omnino non poſſunt? Si autem cortex quidem inter plantas pulpæ cauſa, pulpa vero fructus gratia ſit, & irrigatur quidem ut nutriatur, nutriatur vero ut fructificet, multa tamen in illis reperire poſſumus, quæ non ad hunc modum fiunt. Quorumnam enim poſt ſe cauſæ ſunt putridi & aridi fructus? Cujuſnam foliorum geminatio? Ex quibus manifeſtum fit illis qui vera videre & volunt& poſſunt, quod quemadmodum omnia agere non poſſunt, ſic nec omne quod fieri cauſa poſſet, etiam cauſa jamjam ſit, aut fuerit, aut futurum ſit, ſed nec omne quod factum eſt, ſimulatque fuerit, ſtatim & cauſa erit futuri alicujus. Hæc vero dicere, cum congrediantur, aut diſputent, refugere autem quia explicare non poſſunt cujus ſint cauſæ (ſic ut circa providentiam, qualem ipſi ſtatuunt, ſæpenu-

mero

mero facere coguntur) id ſane eorum eſt, qui in rebus inextricabilibus facilem exitum moliuntur. Qui enim hoc artificio utuntur poſſunt quidem de omnibus licet maxime abſurdis affirmare, & eſſe ea, & rationabiles cauſas habere, ſed quæ nobis adhuc incognitæ ſunt.

§. XXIV. His ergo ſic ſe habentibus, aut ſine cauſa aliquid fiet, & hoc ſermo noſter propugnat, vel defendi poteſt nihil eorum quæ fiunt ſine cauſa fieri, & tamen eodem modo res ſe habere quo nos dicimus. Nam ſi eam cauſarum analyſim, aut connexionem miſſam faciamus, nec amplius dicamus cum aliqua præceſſerint, ex neceſſitate ſequi id quod ex illis ut cauſis fieri debet, (ut quæ in eſſentia ipſorum cauſalitatem contineant) ſed ex iis quæ fiunt & poſteriora ſunt, cauſarum rationem reddamus, quin & ſi cauſas quæ eorum quæ fiunt ſunt dominæ exquiramus, neque quicquam eorum quæ fiunt ſine cauſa fiet, neque ideo quod fit ex neceſſitate, ſecundum talem fatalem legem omnino fiet. Non enim ex neceſſitate Sophroniſcus, ex eo quod jamjam eſt, etiam & pater eſt cujuſvis eorum qui poſt eum ſunt. Si tamen ex neceſſitate fuerit Socrates, erit ei generationis cauſa ex neceſſitate Sophroniſcus. Ut enim quamprimum fundamen-

ποιεῖν πολλάκις) εὐποείαν ἐπὶ τοῖς ἀπόροις μηχανομένων. τούτῳ γὰρ χρωμένοις, ἐνέσαι περὶ πάντων τῶν ἀποποτάτων λέγειν, ὡς καὶ ὄντων, καὶ ἀλόγοις ἐχόντων τινὰς αἰτίας, ἡμῖν δὲ ἀδήλοις ἔτι.

Ἄρ' ἔσω τούτων οὕτως ἐχόντων ἀναιτίως τι γενήσεται, καὶ τοῦθ' ἡμῖν ὁ λόγος προξενεῖ, ἢ δύναται σώζεσθαι τὸ μηδὲν ἀναιτίως τῶν γινομένων γίνεσθαι, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἐχόντων, ὡς ἡμεῖς λέγομεν, τῶν πραγμάτων. ἂν γὰρ παντάπασι τῆς ἀναλύσεως τῶν αἰτίων, καὶ τοῦ τοῖς πρώτοις γινομένοις λέγειν ἐξ ἀνάγκης ἕπεσθαι τὸ αἰτίοις ποιῶν ὀφείλον γίνεσθαι, ὡς ἐν τῇ οὐσίᾳ αὐτῶν τὸ αἴτιον περιέχουσιν, ἀπὸ τῶν γινομένων τε, καὶ ὑστερῶν τὴν ἀπόδοσιν τῶν αἰτίων ποιώμεθα, ἔτι τε τῶν γινομένων κυρίας ζητῶμεν τὰς αἰτίας, ὅτε ἀναιτίως τι τῶν γινομένων γενήσεται, οὔτε διὰ τοῦτο ἐξ ἀνάγκης καθ' εἱμαρμένην τοιαύτην πάντοθεν γινόμενον ἔσται. οὐκ ἐξ ἀνάγκης γὰρ ὁ Σωφρονίσκος τῷ εἶναι ἤδη καὶ πατὴρ ἐπὶ καὶ αἴτιος τινι τῶν μετ' αὐτόν. εἰ μὲν τοι Σωκράτης εἴη ἐξ ἀνάγκης, αὐτῷ τῆς γενέσεως Σωφρονίσκος ἐξ ἀνάγκης αἴτιος. ὡς γὰρ θεμελίου μὲν ὄντος §.XXIV.

τὸ οὐκ ἀναγκαῖον οἰκίαν γίνεσθαι, οἰκίας δ' οὔσης προκαταβεβλῆσθαι τὸν θεμέλιον ἀνάγκη, οὕτως ἔχειν ὑποληπτέον καὶ ἐν τοῖς γινομένοις φύσει τὰ αἴτια ἐξ ἀνάγκης οὐκ αὐτοῖς πρώτοις ἐξ ἀνάγκης ἑπόμενον τὸ αἰτίοις εἶναι τινῶν, ἀλλὰ τοῖς ὑστέροις γινομένοις τὰ ἐξ ἀνάγκης ἔχειν τι τῶν περὶ αὐτῶν αἴτιον. Ἔστι δέ τινα τῶν γινομένων καὶ τοιαῦτα, ὡς ἔχειν μὲν αἴτιόν τι, οὐ μὴν οἰκεῖον οὐδὲ προηγούμενον, ἀλλ' ὡς ἡμῖν ἔθος λέγειν κατὰ συμβεβηκός. ὁ γὰρ εὑρεθεὶς θησαυρὸς ὑπὸ τοῦ διὰ τὸ φυτεύειν σκάπτοντος, ἔχει μὲν τὸ σκάπτειν αἴτιον, ἀλλ' οὐκ οἰκεῖον, οὐδὲ γινόμενον δι' αὐτόν· τὰ μὲν γὰρ κυρίως αἴτια, ἢ ἐξ ἀνάγκης μόνον, ὡς τούτοις δοκεῖ, καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἑπόμενον ἔχει τοιοῦτον· τὰ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς οὕτως αἴτια σπανίως γίνεται τῶν τοιούτων αἴτια, ὥς τε τοῖς τοῦτον τὸν τρόπον λέγουσιν, ἅμα μὲν ἕπεται, τὸ μηδὲν ἀναιτίως γίνεσθαι λέγειν, ἅμα δὲ τὸ σώζειν τότε ἀπὸ τύχης καὶ αὐτομάτως γίνεσθαί τινα, καὶ εἶναι καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν, καὶ τὸ ἐνδεχόμενον ἐν τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' οὐ φωνὴν μόνον.

§.XXV Πῶς γὰρ οὐ φανερῶς τὸ λέγειν ψεῦδος, πᾶν τὸ ἑπόμενόν τινι, ἐξ ἐκείνου

τὴν

tum jactum fuerit, non ſtatim neceſſarium eſt domum fieri, ſed ſi domus fuerit, neceſſe eſt prius jactum fuiſſe fundamentum. Sic ſe habere exiſtimandum cauſas eas quæ ex neceſſitate ſunt, in iis quæ natura fiunt, non quod illis primis ex neceſsitate conſequens ſit, aliquarum ea cauſas eſſe, ſed quod iis quæ poſteriora ſunt factis neceſſarium ſit ut inter præcedentia cauſam aliquam habeant. Sunt autem eorum quæ fiunt quædam ejuſmodi, ut cauſam quidem habeant aliquam, non autem propriam neque principalem, ſed ut ſolemus dicere, per accidens. Theſaurus enim ab eo inventus qui plantandi cauſa foderit, foſsionem quidem cauſam habet, ſed non propriam, nec ad inventionem theſauri deſtinatam. Principales enim cauſæ, vel ſolum ex neceſsitate, ut illi exiſtimant, talem ut plurimum effectum habent. Quæ vero ita per accidens cauſæ ſunt, raro talium effectuum fiunt cauſæ. Adeo ut qui hoc modo loquuntur, neceſſario ſequatur, & ut nihil ſine cauſa fieri affirment, ſimulque defendant quædam & caſu & ſponte fieri, & eſſe in rebus & libertatem & contingentiam, nec has voce tantum.

§. XXV. Quomodo enim non ſit manifeſto falſum, ſi quis affirmet omne quod cuivis conſequens eſt ab eo cau-

ſam habere quod ſit, & omne antecedens cauſam eſſe ejus, cujus eſt antecedens? videmus enim ea quæ tempore poſteriora ſunt, non omnia per ea facta eſſe, quæ ante ea fuerint. Neque enim ambulat aliquis ideo quia ſurrexit, neque nox eſt propter diem, neque Iſthmiorum certamen propter Olympicum, ſed neque propter hyemem æſtas. Unde & prodigii inſtar eſſet, ſi quis Iſthmiorum cauſam ad hunc modum redderet, quod ſemper id quod prius eſt ſit cauſa poſterioris, & ſic, connectionem aliquam facerent, & continuitatem cauſarum, hancq; rationem redderent, quod nihil ſit ſine cauſa. videmus enim in multis eandem cauſam & priorum & poſteriorum eſſe, adeoque & ſurgendi & ambulandi eandem cauſam, nec enim ſurrectio ambulationis cauſa eſt, ſed utriuſque is qui & ſurgit & ambulat, & voluntas ejus deliberata. Videmus etiam quod & nox & dies ordinem quendam mutuum inter ſe conſervent, unam & eandem cauſam eſſe. Similiter & in fructuum mutatione. Non enim hiems æſtatis cauſa eſt, ſed & illius & hujus, motus & circulatio cœleſtis corporis, ejuſque per obliquum circulum declinatio, per quam Sol cum moveatur, omnium ſimiliter prædictorum cauſa eſt. Videmus etiam quod non ſit cauſa diei

nox,

τὴν αἰτίαν τοῦ εἶναι ἔχειν, καὶ πᾶν τὸ προ-
ηγούμενόν τινος, αἴτιον ὑπάρχειν ἐκείνῳ·
ὁρῶμεν γὰρ ὅτι τὰ ἀφεξῆς ἀλλήλοις ὄντα τῷ
χρόνῳ, οὐ πάντα διὰ τὰ ἔμπροσθεν, καὶ πρὸ
αὐτῶν γεγονότα γίνεται. οὔτε γὰρ τὸ βαδί-
σαι διὰ τὸ ἀναστῆναι, οὔτε νὺξ διὰ τὴν
ἡμέραν, οὔτε ὁ τῶν Ἰσθμίων ἀγὼν διὰ τὸν
τῶν Ὀλυμπίων, ἀλλ' οὐδὲ διὰ τὸν χει-
μῶνα τὸ θέρος. ὅθεν καὶ θαυμάσειεν ἄν
τις αὐτοὺς τὴν τῶν Ἰσθμίων ἀπόδοσιν τοῦ-
τον ποιουμένοις τὸν τρόπον, ὡς ἀεὶ τὸ
πρῶτον γεγονὸς αἰτιᾶσθαι τοῦ μετὰ τοῦτο, καὶ
ποιεῖν ἐπισύνδεσίν τινα, καὶ συνέχειαν
τῶν αἰτίων, καὶ ταύτην τοῦ μηδὲν ἀναιτί-
ως γίνεσθαι φέρονται τὴν αἰτίαν. ὁ-
ρῶμεν γὰρ ὅτι πολλῶν αὐτὸ καὶ τοῖς
πρώτοις, καὶ τοῖς ὑστέροις γινομένοις ὂν
αἴτιον, τοῦ γοῦν ἀναστῆναι καὶ τοῦ περιπα-
τῆσαι τὸ αὐτὸ αἴτιον· οὐ γὰρ τὸ ἀναστῆναι
τοῦ περιπατῆσαι, ἀλλ' ἀμφοτέρων ὁ ἀναστάς.
καὶ περιπατῶν αἴτιος, καὶ ἡ τούτου προαί-
ρεσις. ὁρῶμεν δ' ὅτι καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας
τάξιν τινὰ ἐχούσων πρὸς ἀλλήλας ἓν καὶ
ταὐτὸ αἴτιον. ὁμοίως δὲ καὶ τῆς τῶν καρπῶν
μεταβολῆς. οὐ γὰρ ὁ χειμὼν αἴτιος τοῦ θέ-
ρους, ἀλλ' ἐκείνου τε καὶ τούτου τοῦ θείου
σώματος κίνησίς τε καὶ περιφορά, καὶ ἡ
κατὰ τὸν λοξὸν κύκλον ἔγκλισις, καθ'
ἣν ὁ ἥλιος κινούμενος, ἁπάντων ὁμοί-
ως τῶν προειρημένων αἴτιος. καὶ ἔτι μὴν

 νὺξ

